¶ Tolli. adde de ☞ ⁊ dic vt p aler. de Jmo. ī sua dis puta. inci. Sigis mōdus. ī. iij. dubi. co. xvij. ⁊ ī suo cōsil. lv. co. fi. ī. ij. vo. vbi vult q̄ possit minui nō aūt in totuz tolli ⁊ q̄ nō possit in totū tolli tz idē Pau. de ca. ī Cons. cxvj. in j. pte Cons. nouo: ⁊ vidē eūdē Pau. ī aut. nouissima. ſ. de iof. test. ⁊ ibi d. Fabia. in repetitiōe chart. xvj. col. ij. ⁊ adde barba. ī Cons. xxiij. co. iij ī primo volu. abb. Cons. lxiij. lxvj. ⁊ lxxvj. in primo volu. Cur. ⁊ vltra predicta vide p do. maria. soci. in Cons. xxx. co. j. ⁊ do. Bar. eius filiū ī Cons. cl. col. ij. v̄ si. p̄ma igit̄ radix. S.

¶ Cōfugiētes ad eā. adō. citer alia ⁊ ibi doc. de imu. eccle. et ibi diffuse per pe. de ranēna in sua repetitiōe.

¶ Qui nō hz īsignia clicalia. Add de doc. ī. c. clici. el ij. de vi. ⁊ ho. cle. doc. ī. c. j. dapostata.

¶ Percutiēs clicum. Floria. in. l. sciam. ad legē aq. eni adde text. et ibi ī. ☞. si seruū. ff. ⁊ gl. ī. l. si ignorās ff. loca. Bart. ī. l. apō labeonē ī. ☞. si qs virginē. ff. de iiur. gl. magna in fi. ⁊ ibi Jo. ō imo. ī cle. j. ō. Cons. ⁊ aūi.

BIU Cujas

ille non sit in habitu ꝛ tonsura: quia dolus ipsi⁹ percutientis preponderat culpe clerici non portantis tonsurā vel habitū.
5 arg.in.l.obstetrix.in fi.ff.ad.legem aqui. †Item etiam allegatur iste text.q clericatus non potest probari per testes. Sed requiritur scriptura ꝛ idem dicunt quidam de titulo beneficij. Sed in contrarium q non arch.in proemio sexti lib.dic vt ibi in nouella vbi omn ino vide de hoc. vide hic p Ly.post Pet. ꝛ per Bal.qui tangit plura circa materiam.c.si iudex laicus. de sent. excom.lib.vj. quādo iudex secularis fecit aliquē capi pro maleficio ꝛ ipse dicit se clericum ꝛ petit se mitti ad curiā episcopi que sint partes iudicis secularis. Et istud quotidie contingit de facto.

1 **Quonia.** †Iste eutbices hereticus qui fuit dānat⁹ in 2cilio calcedonēsi dicebat in Christo tm̄ vnā fuisse naturā. sz humanā: et ibi fuit determinatū qō erat dupla natura: scz diuina ꝛ humana: nā si hūana tm̄ resurgere nō potuisset: ꝛ si diuina tm̄ nō potuisset mori. de hac habeꝯ.xv.di.canones. et in isto 2silio interfuerūt septingenti.xxx.episcopi. nec in aliquo alio vnquam tot fuerunt.
2 ☞ Materia executorum vltime voluntatis. remisi.
3 Appellatione pauperum etiam ecclesie continentur.
Pecunie relicte pauperibus an possint conuerti in fabricam ecclesie si indiget reparatione.
4 Pauper dicitur ille qui parū habet: sed inops qui nihil habet: ꝛ que sit differentia inter penuriam ꝛ paupertatē.
Paupertas qualiter probetur. remis.

1 **Ad qō pauperibus.** † Relictum. pauperibus nalet nō obstāte incertitudine personaꝝ. Sic ꝛ donatio. vt.s.ti.j.l.illud .ꝛ est speciale secundz gl.q incertitudo non vitiat regulariter secus nisi sit 2missa alteri⁹ arbitrio declaranda vel in certum euentum. vt in.l.quidaz relegatis.ff.de re.du.ꝛ ibi plene per Bart.de isto articulo. Alij dicunt quod non est speciale. Sed ideo est q declaratio habebit fieri per executorē testamētariū: vt legitimū puta epm̄. vt j.eo.l.nulli. Sz certe hoc procedit si expresse testator hoc eis p mitteret puta pauperib⁹ quos declarabit talis. Sed quādo non expresse committit vitiat. Jdeo glo.verius videtur dicere. ꝛ ratio specialitatis est: quando tale relictū censetur factū deo qui est certus. Jo.an.dicit q pauperes faciunt collegiuz ꝛ collegium est persona certa. Sed Bal.dicit hoc nō reperiri in iure nec esse verū: q tūc nō posset fieri distributio ī quosdā sic: ꝛ in quosdam non: quia omnes simul facerent collegiū: qō tamē est falsum. vt j.eo.l.nulli. † ꝛ propter hoc Bald.hic incidēter tractat materiam executorum vltime voluntatis formā do multas questiones quas etiaz firmat Ja.de are.in quodā tractatu quem fecit de hoc. ꝛ plenius vide in spec.de instr.edi §.nūc vero aliqua. Et in addi.Jo.an.in quibus infinita decidunt sup ista materia. ꝛ Bart.tangit aliqua vtilia sed pauca in.l.alio de ali. ꝛ cib.leg ꝛ quidam valens canonista repetendo.c.religiosus.de testa.lib.vj.adhuc magis extēdit materiam. † ꝛ nota.q appellatione pauperū etiam ecclesie continē tur vt.j.eo.l.omnes.§.hoc nihilominus. ꝛ ibi vide Bald.per quod videtur decidi questio quā formal Jo.an.in nouella in d.c.fi. An pecunias relictas pauperibus possit conuertere in fabricam ecclesie si indiget reparatione. videbatur q nō sine licentia pape postꝙ poterat conuerti in vsum expressum a testatore. vt in cle.quia contingit.de religio.do. licet secus si nō posset quia tunc sufficeret autoritas ordinarij. vt in.l.legatuz. cum.l.se.ff.de vsufru.leg. ꝛ quod ibi per Barto. ipse tamē determinat contrariuz pro quo facit.l.quā.s.allegaui. ¶ † Ultimo dic qō pauper dicitur ille qui parum habet sed inops dicitur qui nihil habet. vt no.Archi.viij.di.c.quo iure. Et que sit differentia inter paupertatem ꝛ penuriam. vide p eundem in.c.periculoso.de statu reg.lib.vj. Et qualiter probetur paupertas[a] vide per Bart.in.l.si constante.ff.so.matri.in primis questionib⁹. Et facit.l.paupertas.de excu.tu. Cetera vide in locis preallegatis.

a ¶ Qualiter ꝓbetur pauptas.adde Ang.in.l.vbi adhuc.in.j.co.in glo.magna.C.de iure codi.

b ¶ Coꝝ iudice seculari.adō.c.q̄q̄ xiiij.q.ij.ꝛ Spe. in tit.de testi.ī.§. segk.versic.qd de presbytero.

1 ☞ Clerici coram quo iudice conueniantur. ꝛ nu.2.
2 Judicis electio pertinet ad actorem.

1 **Cum clericis.** †Clerici constantinopolitani debēt conueniri coraz patriarcha vel prefecto constantinopolitano data electione actori. ꝛ non coram alio quocunq. hoc dicit vsq ad ver.memorati autem. †Et alegatur istud principium quod quando actor habet plures iudices potest eligere coram quo agere velit secundum Jaco.bu.de quo etiam in l.fin.in ter.et glosſ.j.vbi in rem act. ꝛ ff.de iudi.l.sed si susceperit.§.si ea res. ꝛ de eo quod cer.lo.l.iij. nisi dentur ī primile-
gium reo, quia tunc ad rem pertinet electio. vt in auk.habita. C.ne fil.pro pa. Et adō quod not. Innocen.in.c. cum ab eccle siarum.de officio or.in glo.que incipit benedicit. ꝛ c.quanto. post medium. hodie vero clerici etiam de iure ciuili non cōueniuntur coram seculari iudice. vt.j.cod.auk.statuimus. ꝛ auk. causa que fit cum monacho.
1 ☞ Clerici conuenti an satisdent.
2 Prima citatio potest incipere a procuratore citati si procurator habet ad illam litez mandatum sed cautius est prius citare dominum.
3 Citatio dicitur sententia iudicis interlocutoria.
Interlocutoria quid sit.
Nuntius non debet citare partē sine cōmissione in dicis etiaz ad instantiaz alterius ptis ꝛ an valeat cōsuetudo in 2trariū ꝛ an valeat generalis commissio iudicis ꝛ an poterit nunti⁹ citare pro die non feriata.
4 Principalis quando est idoneus presumptiōe iuris vel de iure vel est notorium quod est dines non est cogendus dare fideiussores etiā in cautionibus deputatis a iure cum fideiussoribus.
5 Approbatores fideiussoꝝ qui tanꝙ idonei deputant a cōi si conueniantur nō habent prestare fideiussores.
6 Clerici prohibent iurare cōrā iudice seculari sine licentia epi: sed extra iudicium possunt iurare.

1 **Memorati.** †Clerici constantinopolitani cōuenti satisdant de iudicio sisti ꝛ iudicato soluendo in casu in quo est satisdandū. ꝛ dant in fideiussorem economū constantinopolitanum vsqz ī quinquaginta libras auri. vltra vero nō satisdant nec iurāt nec iurāt nec ēt ipse economus 2uentus satisdat hoc dicit vsq ad versi. statuim⁹. ℔ tamen corrigunt in gl.tū ex tex.aliqua sunt notāda. ¶ † Nota
2 primo in ver.procuratores. q prima citatio potest incipere a procuratore citati si est procurator habens ad illam litem mādatum. Quidam vero cautius volentes agere semper faciūt prima vice citari dominuz. ꝛ si comparcat procurator postea faciunt citari procura. De hoc articulo vide per Barto.in.l.solet.ff.de ali. ꝛ cib.leg. ¶ Item not.in ver.tuarum sentētiarū.
3 qō glo.exponit.i.conuēctionalium. † q citatio dicitur sentētia iudicis intelligi.s.interlocutoria. vt not.in auk.de litigiosis §.ad excludendas.in glo.que dicit q qcquid fit in lite a iudice vsq ad sententiā diffinitiuam potest dici sententia interlocutoria. ꝛ not.hec pro his que habentur.in.l.j.j.de sportulis. ¶ Jtē no.in ver.autoritate q nūtius non debet citare partē sine commissione iudicis etiam ad instantiam alterius partz, vt etiam probatur.j.de exbi.reis.l.neminē. Sed in quibusdā locis habēt nuntij de 2suetudine citare ad solaz requisitiōez partis ꝛ hoc in multis locis seruatur quia etiā iudices faciūt commissiones generales nuntijs. curie vt citent quando fuerint requisiti absq alia commissione spāli. et postea referant notario ad hoc deputato. Et tunc dicit hic Bald.notabiliter q non potcrit citare die feriata pro non feriata. Sicut nec iudex posset die feriata citationē sibi cōmittere quia iste nūti⁹ ex consuetudine exercet actū iurisditionalem. non sic quando citaret de commissione iudicis facta die non feriata. vt notat
4 per Ly. in.l.dies festos.j. de ferijs. ¶ † Item nota in ver. ipse vero reuerendissimus ꝛ c.ar.qō quando principalis est idoneꝰ presumptione iuris vel de iure vel etiam est notorium quod est diues non est cogendus dare fideiussoribus etiā in cautionibus deputatis a iure cum fideiussorib⁹. ad hoc facit qō habetur in titulo primo de fideiussoribus. In glo.super ÿb. sufficienter. Item est ar. iste tex. † q approbatores fideiussorum
5 qui tanꝙ idonei deputantur a communi si conueniant non habebūt prestare fideiussores sicut nec hic economus qui tāꝙ
6 idoneus fideiubebat p alijs. ¶ † Ultimo nota q clerici prohibentur iurare. boc intellige coram iudice seculari[b] sine licētia suoꝝ episcoporū. ij.q.v.c.sacramētū et xxij.q.j.c.pe.in.fi.per Jnno.in.c.j.de iur.cal. ꝛ ibi.oīno vide ꝛ ita seruat de facto qō etiā qñ vocant ad testimoniū in curia seculari nō vadūt sine licentia episcopi vel eius vicarij. Sed extra iudiciū bñ possūt iurare. vt nota.in.d,c.j.q nō est peccatuz iurare cū expedit. vt in.c. ꝛ si christus. de iureiurā. Secus cū nō expedit. ꝛ ēt nimis frequentatur.

Statuimus. Clerici non dant executoribus nisi duos solidos pro citatiōe et cum
1 eis mitius est agendum. boc dicit vsq in finem † qui finis allegat ad vnum tantum q quantum ad ea que pertinent ad ordinationem iudicij debet seruari consuetudo ꝛ stylus loci vbi iudicium agitatur facit.l.j.in fin.ff.de testi. ꝛ l.ij. ifra quē ad.testa.aperi. ꝛ notatur in.l.cunctos populos de sum.trini. per doctores.

Qñ tp⁹

BIU Cujas

2 ¶ Quando epūs vel eius procurator agit in aliqua curia secu lari pro negociis ecclesie sue non habet necesse soluere sportu las quas alij soluunt.
Epūs in cā ecclesie sue q̄ ante litis contestationem possit cōsti tuere procuratorē ⁊ q̄ aliqui ꝯstituant actorem ante lit.ꝯtest. Uerbum siliqua quid importet.remis.

1 **Sed hodie.** †No.hic p̄m Bal.dum dicit qđ nō permittunt dare vltra quatuor siliquas q̄ si ita taxat certa summa notarijs pro eor scripturis p statuta nō licet eis recipe re plus etiā a sponte soluentibus.naz si isti prohibentur acci pere.ergo ⁊ illi dare p istū ter.ad quod j. de iudi.vt.l.ij.in fin. cum ibi no.⁊ vide ter.cum glo.in.c.statutum.de rescri.lib.vj.

2 ¶ †Item no.in ver.episcopus.q̄ quādo epūs vel eius procu rator agit in aliqua curia seculari pro negocijs ecclesie sue nō habet necesse soluere sportulas quas alij solnūt puta tantum pro cētenario vt fit in ciuitate lucensi.⁊ in curijs mercātie flo rentie ⁊ in multis locis. ¶ Ultimo est hic vna gl.que tenet q̄ epūs ante litis contesta.in causa ecclesie sue non possit cōstitue re procuratorem sicut nec tutor vel curator cuz ipse nō est dñs sed procurator licet ipse habeat legitimā administrationem. ar.in.l.neq̄z.j. de procu.iuncto.c.j. de dona. Doct.tenent ꝯtrariuz q̄ nō est nudus administrator cū gaudeat fructib⁹.ideo quā tum ad hoc equiparatur patri q hz vsumfructū bonoꝝ aduē titioꝝ.ideo ꝯstituit procuratorē sicut si esset verus dñs:vt in.l.j. j. de bo.ma.⁊ no.in.d.l.neq̄z. Et per hoc.l.prece.ante fi. ibi dū dicit pro institutiōe procuratoris si per eū voluerit litigare ⁊c. Alij vero ꝯstituūt actorē ante litis ꝯtesta.⁊ de hoc sunt casus plurium decretalium in ti.de procu.in.c.petitio.cū alijs simi libus. De isto aūt verbo siliqua de qua loqtur glo.j.vide ter. in glo.j. de metallarijs.lib.vj.

2 ¶ Approbatores fideiussorum tenentur si reperiantur nō soluendo.
Qui tenet satisdare cū fideiussoribus si iurat se non reperire releuat ab eis dandis ⁊ sufficit q̄ promittat cū iuramento.⁊ qđ obliget bona sua ⁊ promittat penam.

3 Ex pacto nudo in iudicio facto seu coraz iudice oritur officiū iudicis.⁊ an habeat executionem paratam.
Coram arbitris non prestantur satisdationes de quibus in ista aut.

Generaliter. Ista aut.non est hodie in vsu q̄ actores nō prestant istā satisdationē de qua hic nec illā de qua in aut. sz libellū. j. de lit.ꝯte.vt no.in gl.insti.de satis. §. sed hodie.dixit tñ Rofr.⁊ Albe.q̄ si peteret a reo ista satisdatio nō deberet p̄stari.q̄ ista aut.nō est abrogata per ꝯsuetu
1 dinē lz nō sit in vsu.q̄ satisdatiōes iste nō petunt. †sz Bar.di cit se vidisse peti ⁊ nō obtineri.i singulis tñ locis sunt statuta q̄ si actor sit forēsis vl alius nō subdit⁹ iurisdictiōi iudicis co rā quo agit nō audiat nisi satisdet de expeñ.restituēdis si suc cūbat in cā.⁊ sic nō est ita data ista satisdatio sicut illa de qua hic.⁊ tūc dico q̄ lz nō repiret fideiussores nō deberet admitti cū simplici iuratoria cautione q̄ nō esset satisfactū reo nisi in illo loco possideret īmobilia.naz posset possidere absq̄z eo qđ
2 fit de iurisdictiōe illa:vt.l.libertus. §. sola. ff.ad muni. † Et no tatur hic primo dū dicit periculo cōpetentis officij q̄ appro batores fideiussor tenent si reperiant nō soluēdo p̄m Bal.ad hoc.l.cū ostēdimus.in fi.ff.de fideiuss.tuto. ¶ Itē no.in.v. aut
2 fideiussorem.q̄ ille qui tenet satisdare⁹ cū fideiussoribus si iu rat se non reperire releuat ab eis dandis ⁊ sufficit q̄ pmittat cū iuramēto.adde ⁊ qđ obliget bona sua:vt.j.eo.omnes. §. in hac aūt.⁊ qđ etiam promittat penā.vt no.gl.in.l.nisi. §. q̄uis. ff.si cui plus q̄ per.l.fal.⁊ adō qđ plene no.in.l.j.ff.qui satisd.
3 cog. ¶ No.etiā hic vnā gl.circa prin.super ver.cōscribat. q̄ ex pacto nudo in iudicio facto seu coram iudice oritur officiū iu dicis q̄ alibi nō est p̄m Bal.in.l.tale pactuz. §. j. ff.de pac. vbi tale pactum hz executionem paratam qđ nō est in extraiudi ciali.vt in.l.si pacto quo penā.in fin.j. de pac. Letera dic vt in gl.⁊ per Bal.qui multa verba hic dicit. ¶ Item etiā in fi.no. ter.cum gl.q̄ coram arbitris non prestātur iste satisdationes allegantibus.vide in Spe.de satisda.

2 ¶ Patientia ⁊ modestia debet esse tam in clericis q̄ in re gentibus rempublicam.

1 **Decernimus.** †Not.in hac.l. q̄ relige sanctorū ⁊ etiaz signum crucis nō debēt stare in locis ppbanis.sz dūtaxat in ecclesijs ⁊ sacris locis. Itez q̄ ad curam epi per tinet vbi collocentur.⁊ alij inferiores clerici nō possunt muta
2 re de loco in locū sine licentia epi. ¶ †Ultimo no.ter. moralē circa finem de patientia ⁊ modestia que debet esse tam in cle ricis q̄ in regentibus rempublicam.

Quisquis. Pro declaratione huius.l. vide.l. officiales. §. ti. j.

2 ¶ In relictis ad piam cām executor q̄tumcūq̄z merus hz actionē ex testamēto ō heredē scriptum vt sibi soluatur pecu nia relicta pro distribuēdo pauperibus.secus in alijs nō p̄js ⁊ quo nomine intentabit hanc actionem.
An possit constituere procuratorem ante litem contestatam
3 Qualiter prouidebitur alijs executorib⁹ in relictis non p̄js. Heres si preueniat executorē ⁊ soluat legatarijs an liberet ⁊ an legatarij possint agere ꝯtra executorem.
Executor hz specialiter designari a testatore:⁊ an possit testa tor electionem executoris alteri cōmittere.
4 Executor cui cōmissa est executio personarum non potest of ficium executoris alteri committere si a testatore non est sibi data licentia.
5 Executor testamētari⁹ p̄fert epo ⁊ et alteri priuilegiato a pa pa q̄ possit recipere relicta ad piam cām.⁊ quid si negligat.
6 Executor qualr debeat facere inuentariū ⁊ reddere rōnez sue executiōis ⁊ quid in episcopo.
Epūs vel curia sua vt notarij non debent aliquid accipere pro eorū labore de summa relicta pauperibus.
7 Uicus ⁊ castra possunt dici pars ciuitatis ⁊ an comitatenses possint dici ciues.

Nulli licere. Ista est optima.l. in mate ria vltimar voluntatū. Et hz multa optima dicta. Continet in p̄ma parte id
1 qđ habuistis. §. in.l.id qđ pauperib⁹. † Ista.l. allegat ad multa in materia executorū vltime voluntatis.primo q̄ est dare executorem testamētariū ⁊ etiā legitimū vt epm. Idde ⁊ etiā datiuū.i.datū a iudice:vt i.l.solet.ff.de ali.⁊ ci.leg.⁊ hoc in relictis p̄js.puta pauperib⁹ vel alimētorū in alijs si te stator nō daret executorē nō esset dare legitimū vel datiuum. Itē allegat q̄ in relictis ad piaz cām executor q̄tūcunq̄z me rus nullum cōmodum sentiat siue testamentarius siue legiti mus hz acti.ex testamento contra heredē scriptum.⁊ sibi so luatur pecunia relicta pro distribuēdo pauperibus vt ibi dū dicit habeat exigendi licentiā habeat facultatem erigēdi.⁊c. non sic in alijs relictis non p̄js:vt in.l.lucius. §. j. ff.ad trebel.
2 Et hic concurrunt q̄plura dicenda. † Primo quo noīe inten tabit hanc actionē ex testamento dicit Bart.in.l.si quis titio de leg.ij.q̄ noīe pauperū quib⁹ ꝯpetit illa actio.ipse vero exe cutor habet dumtaxat exercitiū. Sed Bal. §. eo.l.id quod pau peribus.p̄m Ja.de are.dicit q̄ noīe suo.i.suo officio.q̄ si no mine pauperū haberet necesse cauere de rato nec posset eis fie ri solutio.sed salua reuerētia.nā ipsi habent legitimū manda a tum.vnde nō expedit q̄ caueant de rato vt.l.ne satisdatio.ff. rez ra.ha. Et possunt recipere solutionē sicut tutor ⁊ cur. Nec video qualiter noīe suo possint.item an possint cōstituere pcu ratorem ante lit.ꝯtest.videt q̄ nō sicut nec tutor vel curator lz debeant cōstituere actorem vt in.l.neq̄z. j. de procu.doct. tamē vident tenere ꝯtriū fauore pie cause vt executio citi⁹ expedia
3 tur vt ibi fine vlla cūctatiōe. † Itē qualr quidebit alijs execu toribus in relictis nō p̄js postq̄ nō possunt mouere actionez ex testō qūo possunt implorare iudi.offi.p.l.quitus.ff. de an. leg. Itē an heres soluēdo executori meo liberet a legatarijs.⁊ dic q̄ sic p.l.liberto. §. largius.i fi.e.ti.de an.leg. Itē an tenea tur satisdare heredi soluēti de defendēdo ipm vl de bñ exequē do vel de restituendo pecuniam que nō fuerit executioni ma data vide plene per Bart.in.l.diuus.ff.si cui plusq̄ per.l.fal. Itē si heres preueniat executorē ⁊ soluat legatarijs an libere tur ⁊ nō possit ab executore molestari.dic q̄ sic si legata erant facta certis psonis ita q̄ nō erat necessaria nisi executio facti ter.est in.l.si libertus sub conditione. §. j. ff.de bo.lib.⁊ in aut. de eccle.titu. §. si quis in nomine.⁊ ibi p Ja.de bel. Sed si per sonis incertis declarandis per executorē vt in casu huius.l.se cus q̄ cum declaratio nō pertineat ad heredē nō videret sol uere illis quibus legatū est factū nisi primo esset facta declara tio per executorē. Itē an legatarij possint agere cōtra executo rem.vide per Barto.in.l.firmio. §. j. ff.qñ dies leg.ce. ¶ Ulte rius no.in. §. j. in versi. specialiter.q̄ executor debet specialiter designari a testatore vnde dicūt quidā per hūc ter. q̄ testator non potest electionez executoris alteri committere. de hoc in c. j. de procur. lib.vj. in nouella.⁊ per Bar.in.l.quidam relega tis.ff.de reb.dub.⁊ per Bald. §. eo. qđ ⁊ videt finaliter dicen dum q̄ aut testator cōstituit aliquem certum executorem cuz potestate substituendi alium ad sui beneplacitū ⁊ hoc potest licet fiat de incerta persona per id qđ no.in.l.cum esset.in fi.ff. de serui.rusti.predio.⁊ in cle.religiosos.de testa. Aut nō con stituit aliquem certum sed incertum per alium non cōstitutū

a ¶ Satisdare. ad de hoc etiā pcede re in sequestratio ne.quia si ille cui res seq̄strata fuit vult reuocare se questrū si nō p̄s satisdare stat ei iuratorie cautiō: Ita Hic.de nea.i l.litib⁹.C.ō agri.⁊ censi.li. vj. Fra. de are.in.c.exami nata. de iudi. et bal.in.l.j.C.ō he re.vel actio. ven. Fran.Cur.

BIU Cujas

declarandum. & tunc aut cõmittit dũtaxat declarationẽ puta facio executorem quẽ titius nominabit. & valet per l. vtruz. §. cũ quidaz. ff. de reb. dub. Aut committit alteri ipsam cõstitutionẽ puta cõmitto titio q̃ possit cõstituere executorem quem voluerit pro exequendis relictis a me factis. & tunc valet: q̃ vltima voluntas non debet pẽdere ex alieno arbitrio & videtur quodammodo captatoria licet doc. soleãt dicere q̃ in relictis ad piã causam valeat voluntas captatoria. per. c. cũ tibi. de testa. Sed in alijs terminis loquunt. Itẽ allegatur tex. hic duz
4 dicit pro sua conscientia. † q̃ executor cui cõmissa est executio personaꝫ nõ possit officiũ execu. alteri cõmittere si a testatore non est data sibi licẽtia: q̃ censetur relicta industria psone. nã arbitriũ non potest alteri cõmitti. Sed postq̃ declarasset personas bene posset cõmittere execu. facti. ar. in. c. is qui. de offi. deleg. lib. vj. & de hoc in. c. fi. de testa. eo. lib. & in addit. Spe. de instru. edi. §. nũc vero aliqua. in addi. que icipit hoc dictũ. ibi dũ dicit dedit ipse nicolaus &c. facit etiam iste tex. q̃ nõ possit executori moueri questio q̃ nõ fuerit bñ executus postq̃ hoc relinquit sue cõscientie. per ea que no. in. c. statutũ. §. assessorẽ de rescrip. li. vj. in gl. & in addi. Spe. eo. §. in addi. q̃ incipit ad questionẽ. dicit tñ Ange. in. l. de pupillo. §. q opus. de operis no. nun. per illũ tex. q̃ debet iurare. arg. in. l. theopompus. de
5 do. prelega. ¶ Item no. q̃ executor testamentarius prefertur eẽpo. Adde q̃ etiã prefertur alteri priuilegiato a papa q̃ possit recipere relicta ad piã causam: vt no. in addi. Spe. vbi. §. in addi. que incipit. l. cuiuscũqz ibi oĩno vide. Si tamẽ negligit executor testamentarius per annum post monitionem factaz ab eẽpo deuoluitur executio ad eẽpm. vt in auth. licet. q̃ hic agit & i. c. tua. de testa. nisi testatoꝛ ob negligentiã primi cõstitueret scõm. q̃ tũc ad illũ deuoluit per prius. ar. in. l. si fundũ sub cõditione. §. stichũ sempronio & qõ ibi no. per Bar. ff. de leg. j. & per Bal. in. l. j. §. post prin. ff. de cadu. tol. Sed quid si aliquis instituit pauperes eligendos per titiũ & nõ per aliũ. Rñdeo decisum fuit Boñ. q̃ titio negligente eẽps non eligit qõ etiaz videtur de mẽte Jo. an. in addi. Spe. §. alle. ver. sed si pauperes. ibi dum dicit sz hodie additur &c. & hoc etiã refert Ang. in. l. illa institutio. ff. de here. insti. & rñdet ad istã auth. & scias q̃ hodie eẽpi per suas constitutiones generaliter mouẽt executores q̃ exequant infra annũ q̃ monitio põt dici q̃ efficiat sciẽtes nõ aũt ignorantes se esse datos executores: vt no. p Bart. in. l. genero. ff. de bis qui not. infa. & dicũt etiã doct. q̃ eẽps põt
6 executori testamentario prorogare tempus anni. ¶ † Ultimo no. in ver. cũ aũt. cũ seq. q̃ executor debet facere inuentariuz & reddere rationẽ sue executionis ostendẽdo vel declarãdo personas qb⁹ distribuit: & quãtitatẽ quã distribuit. & ista redditio rõnis fiebat olim iudici seculari tam per testamẽtariũ q̃ per eẽpm vt hic hodie testamẽtarius reddit rationẽ eẽpo tanq̃ patri pauperũ qui põt ipsum compellere. Sed ipse eẽps soli deo rationem reddit: vt. j. eo. l. si quis ad declinandam. Item etiam q̃ eẽps vel curia sua vt notarij nõ debeant aliquid accipere de summa relicta pauperibus p eorũ laboꝛe. vt patet ibi
7 ita tamen &c. ¶ † Allegatur etiã ver. q̃ si in vico. q̃ vicus & castra possunt dici pars ciuitatis & sic comitatiui possunt dici ciues. Est tñ differentia inter eos & ciues ciuitatis vt no. Bar. in. l. fi. ff. ad munici. Et vide quod no. Jo. an. in addi. Spe. in ti. de censi. in magna additi. cetera dic vt in. d. §. nũc vero aliqua. vbi Specu. transcripsit tractatum antiqui doc. vltra. qui fuit vocatus Jo. blanchus: & ipsum nõ nominauit qui formanit. cxxx. questiones inista materia: & postea Joã. an. in addi. posuit plures alias.

a ¶ Et vnius vroꝛis vir. Adde ca. opz eẽz. xxv iñ. q. legimus. xciij. di. c. nisi cũ prudẽ. in. §. psone vo. de renũ. c. qñ virginib⁹. xxxj. q. j. origialit. j. Tbi. iij. c. 1

b ¶ Hospitalarij. vide de hoc per dominũ Soc. i suo 2si. clxxxj. & i 2si. cxxiij. & ibi qõ tenerẽt reddere rõnem. S.

¶ Episcop⁹ debet esse sine crimĩe & vnius vroꝛis vir: & que alia requirantur. 2

Si quemq̃. † Lex ista tria facit. primo ponit qualiter se debẽt habere electores episcopi q̃ non debent eligere p pecuniã aut ob gratiam sed pura mente & conscientia pro sincero iudicio & propter virtutem electi. Secundo qualiter debet habere electionem q̃ nõ debet procurare vt eligatur ne incurrat vitium ambitionis. & electus debet recusare & expectare quod cogatur accipere. Tertio punit cõtrafacientes. & no. in. l. pulchrius declaratam q̃ aliqua que sit in toto coꝛpoꝛe. C. & alia silis est in. l. quisquis. de postu. & plenius habetur in auth. ad hec. de san. epi. Canoniste aliter habẽt qõ dic vt
2 in. c. q̃ propter. de cle. ¶ † Et secundum apostolum episcop⁹
a debet esse sine crimine & vnius vroꝛis vir. a ideſt non bigam⁹ & debet esse moderatus & non percussoꝛ: & multa alia requiruntur que prosequere vt in decr. & cassatur electio si ꝓbetur ipsum esse locutum electoꝛibus vt ipsum eligerent. de elect. c. per inquisitionem. & ibi no. per Jnno. in prin.

2 ¶ Hospitalarij se habent ad instar tutoꝛum & curatoꝛuz. & an in causis hospitaliũ possint cõstituere procuratoꝛẽ ante litẽ contestatam & an prestent satisdationes iudiciarias.

3 Hospitalarij debent conficere inuentarium & recipere administrationem de manu superioꝛis nec possunt agere nisi cõfecto inuentario.
Bona hospitaliũ non possunt vẽdi sine causa necessitatis. et que solennitates tunc requirantur.

4 Hospitalarij an et cui teneantur reddere rationem administrationis.

5 Prelati ecclesiarum parochialiuz an teneantur conficere inuentarium & reddere rationem episcopo.

1 Orphanotrophos. † Ista est melioꝛ lex quaz habemus in materia hospitalium & hospitalariorum. sunt loca pia & primus autoꝛ ipsoꝛũ fuit quidã vocatus loticus: vt. j. eo. l. omnia priuilegia. & de hospitalibus habetur in. c. de xenodochijs. extra de relig. do. que subsunt epis ecclesie & hoc quando sunt electa cum autoꝛitate eẽpi q̃ presumitur quando habent ecclesiam & campanile & de illis loquit iste tex. alꝫ non dicuntur loca pia. & possunt destrui ad nutũ cõstruentiũ vt in cle. q̃ contingit. & ibi no. per gl. de
2 reli. do. & illa clementina supplet & declarat istam. l. ¶ † Not.
b ergo q̃ hospitalarij b se habẽt ad instar tut. & curato. & ex hoc videtur q̃ non possint constituere procuratoꝛem in causis hospitalium nisi post litis contest. per. l. neq̃. j. de procura. Contrarium determinat hic Baldus quia nõ sunt nudi ministri cum debeant ali de bonis hospitalis & potius equiparentur in hoc patri quia est legitimus administratoꝛ filij nõ nudus cum habeat vsumfructũ. & ideo constituit procuratoꝛem etiã ante litis contesta. vt in. l. j. j. de bo. mater. Item quod hic dicitur videtur q̃ hospitale se habeat ad instar pupilli vel adulti: & ideo sicut illi restituuntur in integ. quando ledũtur & ẽt ecclesie ita & hospitale. illa est regula generalis in illis q regũtur per legitimos administratoꝛes: vt sunt furiosi: mẽtecapti vel prodigi vt no. in. l. ñ. j. de cur. fu. per gl. & tãgit Bal. in. l. si curatoꝛem habens. j. de in integ. resti. & per alios in. l. marcellus. ff. de fideius. ¶ Itẽno. in prin. ibi sine vlla fideiussiõe &c. q̃ tales nõ prestãt satisdationes iudiciarias: puta de rato vel iudicato soluendo in causis hospitaliuz sicut nec tutoꝛes & curatoꝛes: vt. l. fi. §. defensionem. j. de admi. tut. imo nec etiã bona hospitaliũ salua foꝛe licet tutoꝛ & curatoꝛ illam satisdationem prestent: vt in titu. rem pu. sal. fo. certe nõ est aliud in eis: q̃ tutoꝛ datus ex inquisitione illam prestat: hospitalarij semper dantur ex inquisitione. & ita dicit glo. in. d. cle. quia cõtin-
3 git. ¶ † Item no. in secũda parte in ver. Item. videlicet q̃ hospitalarij debent conficere inuẽtarium & recipere administrationem de manu superioꝛis sicut tutoꝛ & curatoꝛ. vt no. in. l. legitimos. in princip. ff. de legi. & dicit Bal. q̃ non possunt agere nisi confecto inuẽtario sicut nec tutoꝛ & qõ vidit cassari quẽdam processum agitatũ per quẽdã hospitalariũ qui nõ ꝓduxit inuentariũ cũ peteretur ab eo. ¶ Itẽ no. in tertia parte in ver. & si quas. q̃ bona hospitaliũ non possunt vendi sine cã necessitatis. Sed per auth. hoc ius poꝛrectũ. §. ti. j. requiruntur ille solennitates que requiruntur in alienatione bonoꝛũ ecclesiasticoꝛum nisi quando acquirunt bona & vendãt vt ibi dixi.
4 ¶ † Ultimo nota in fi. q̃ hospitalarij nõ tenentur reddere rationem administrationis: q̃ ꝓsumũtur boni & bene administrasse eoipso q̃ dedicant se ad tale pium opus. hoc intellige q̃ non tenentur reddere rationez pauperibus exist̃tibus in hospitali. Sed eẽpo loci bene tenẽtur reddere vel alteri immediato superioꝛi: vt est casus in. d. clemen. quia contingit. et ita dicit ibi glo. & etiam patet hic in secunda parte legis. vbi tenẽtur conficere inuentariuz. alias ad quid conficerent. sic pater non tenetur reddere rationem filio. j. de bo. que lib. l. cũ poꝛtet. §. cum autem. & ita declarat gl. fi. & istum tex. allegat Spe. in tit. de instru. edi. §. nuncvero aliqua. inversi. sed an simplex commissarius. qõ executoꝛ deputatus ad piam causam: puta ad distribuendum bona inter pauperes non teneatur reddere rationem. Sed contrarium est verius vt est casus in. l. nulli
5 §. eodem post mediũ ibi post vero vnius anni. ¶ † Quero qd de prelatis ecclesiarum parochialium an teneantur conficere inuentarium & reddere rationem episcopo sicut hospitalarij. dicit Bal. qõ nõ & non reperitur iure cautum. Sed bene recoꝛdatur. nam bona ipsarum sunt bypothecata pro mala administratione: vt. §. eodez. si quis presbyter. in fi. & ibi notat etiã per eundem & in. c. literis. de pigno. ergo tenentur reddere rationem & per consequens inuentarium conficere. de hoc etiaz expresse per glo. in. c. qualiter & quando. cl secundo. de accusa. in glo. que incipit sed qualiter. & per Jnno. in. c. cum & plãtare. de priuilegijs.

Citatio

BIU Cujas

2 ☞ Citatio seu commissio citationis que fit a iudice appellatur sententia.
3 Clerici dicuntur habere domiciliū in loco vbi habēt beneficium ⁊ in illo loco nō alibi debēt conueniri.
4 Clericus etiam aliene diocesis quo ad originē habēs beneficium in alia diocesi dicitur subditus illius ī cuius diocesi habet beneficiū ⁊ ligat statutis illius nō aūt illius vnde est oriūdus ⁊ conueniē etiā in curia Romana si ibi reperiē.
5 Defensio affluenter ⁊ copiose danda est vnicuiq;.
An valeat statutū qō bānitus nō audiat etiā in defendendo

1 **Omnes qui.** †In ista. l. primo declaratur coraz quo iudice clerici prouinciales vel constantinopolitani debeant cōueniri vsq; ad. ℌ. preterea. postea de fideiussoribus dādis ab eis vsq; ibi hoc nihilominus. Postea de sportulis dandis executorib⁹. nā faciebant sibi solui a citato sportulas pro eorum labore que erant taxate ⁊ recipiebant fideiussores ab illis citatis de representando se coram iudice: vt. ff. in ius voc. vt eāt aut satisf. per totū. ⁊ hoc vsq; ad. ℌ. preterea. Postea inhibet executoribus ne clericis quos citant iniuriam faciāt verbalem vel personalem ⁊ punit cōtrafacientes ⁊ firmat priuilegia ꝙcessa clericis vel ecclesijs ⁊ vltimo punit illos qui temerarie vocant clericos in ius in expēsis ⁊ etiā in omnib⁹ dānis que sustinent. Nota in hac prima parte in verbo sentētia
2 iudicis † qō citatio appellatur sentētia iudicis intellige de cōmissione citationis que fit a iudice non de executione quā facit nuntius. de hoc est. ℌ. eo. cum clericis. ⁊ no. in. l. quoties. de priuile. eorum qui insa. pa. mili. lib. x. ⁊ in. l. quoties. de digni.
3 ☞ Itē no. † qp clerici dicunt habere domiciliū in loco vbi habent bñficiū ⁊ ī loco nō alibi debēt ꝙueniri ēt si alibi sortiant forū rōne originis proprie vel paterne vel rōne ꝙtractus ⁊ ibi reperiātur licet secus in laicis iurta notata in. l. heres absens ff. de iudi. ⁊ in. l. assumptio. ℌ. si filius. ff. ad munici. Et hoc p rationē que redditur hic in ter. vt transacta hora iudiciaria redeant ad eorū beneficia officianda prout tenentur. ⁊ ista est specialitas in clericis. licet glo. hic que incipit sed nōne. videatur dicere qp non sit hic aliqua specialitas. qz neclaici possunt trahi coraā alijs iudicibus: vt. l. in criminali. ō in. om. iu. Sed verūz est nō suis sed clerici etiam coram alijs suis trahi non
4 possunt extra locū beneficij. † Et no. qō clericⁿ etiā aliene diocesis quo ad originem habens beneficiuz in alia diocesi dicit subditus illi⁹ ī cuius diocesi habet beneficiū ⁊ ligatur statutis illius nō autem illius vnde est oriundus. vt no. Fed. de senis in consi. xciij. ⁊ facit. c. nullus. de tempo. li. vj. in curia vero romana si reperiātur bene possunt ꝙueniri tanqp in cōmuni patria ⁊ hoc ꝓbatur in isto. ℌ. in hac autez regia. vbi ciuitas constantinopolitana in qua erat patriarcha qui habetur ꝓ papa ⁊ sic eius curia se habet ad similitudinē curie romane ī grecia si reperiebant clerici prouinciales poterāt ꝙueniri vel coraā prefecto pretorio vel coraā patriarcha ⁊ hoc etiā in causis prophanis ⁊ solent conueniri coraz auditore camere q est ordinarius in curia sed in causis beneficialibus nō est dubiū ī quibus ꝙueniuntur ex delegatis quā fecit vice cancellari⁹ lo
5 co pape. ☞ † Ultimo nota in fi. ibi dum dicit affluēs defensionibus copia ⁊c. ℑm Alberi. qō defensio affluēter ⁊ copiose dā da' est vnicuiq;. facit. l. facultas. ℑ. de iure fis. lib. x. ⁊ ideo dicūt
6 quidam non valere statutum⁹ qō bannitus non audiat etiā in defendēdo: cū defensio sit de iure naturali. ⁊ nō debeat auferri. vt in clemen. pastoralis. de re iud. De hoc tangitur per Barto. in. l. cū mulier. ff. solu. matri. quidam autem disputā do tenuit contrarium dicens qō defensio corporalis cōtra illum qui vellet percutere bene est de iure naturali: vt in. l. vt vim. de iusti. ⁊ iur. non sic in iudiciali. Sed contrariuz cōiter tenetur cum sit eadem ratio.
2 ☞ Executores curiarū solent esse pertinaces ⁊ proterni. Clerici schismatici vel heretici nō habēt priuilegia clericorū. Dare fideiussores est onus nec facile est eos inuenire.
3 Cū plures simul vocant pōt alter pro altero fideiubere.
4 Illi qui ex priuilegio vel aliqua causa excusantur a dādis fideiussoribus: ⁊ remittuntur proprie promissioni vel obligationi debent eam facere solenniter ⁊ cum hypotheca bonorū suorum. ⁊ etiam cum pena.

1 **Preterea.** †In ista pte vult in effectu qō clerici prouinciales cuz citantur coraā presidente non tenentur dare nuntio citanti alios fideiussores de representā do se nisi economū ecclesie sue si habet vel defensionem ecclie. puta patronū. sed si nō haberet teneret dare aliuz. ⁊ no. ad id qō dicit. ℌ. qp executores qui citabāt faciebāt sibi dare tales fideiussores vt patet ibi cū dicit uedum executores ⁊c. ☞ Itē
2 no. † qp tales executores curiarum solent esse pertinaces ⁊ proterui. ☞ Item no. in versicu. approbentur orthodoxi. qō clerici schismatici vel heretici nō habent priuilegium clericoz ℑm Bal. ☞ Item ibi paupertati affligatur in commodum qp nō est facile inuenire fideiussores sic. ff. si cui plusqz per. l. fal. l. cuz non facile. et. l. nisi. ℌ. q̄uis. ideo appellant grauamen habere dare fideiussores vt in ꝓcedenti parte. ☞ Item no. in seq. ℌ.
3 in hac. ibi dum dicit aut vocatis fideiussoribus. † qp quando plures simul vocātur pōt alter p altero fideiubere. ideo si de nocte reperiuntur duo cum armis qui tenentur dare fideiussores potest alter pro altero fideiubere. ⁊ ad hoc allegatur. l. ⁊ roman⁹ populus. ff. de tu. ⁊ cura. da. ab his. ⁊ in aut. de erbi.
4 reis. ℌ. sancim⁹. ☞ † Ultimo no. in fi. qō illi qui ex priuilegio vel aliqua causa excusantur a dandis fideiussoribus ⁊ remittuntur proprie promissioni vel obligationi debēt eam facere solenniter ⁊ cū hypotheca bonoz suorum. facit. l. filio. ff. vt lega. no. ca. ⁊ etiam cū pena: vt no. gl. in. d. ℌ. q̄uis.
2 ☞ Economus ecclesie dicitur defensor pauperum. Pauperum appellatione continetur etiam ecclesia.
3 Si potestas paduanus vult citare vnū paduanum existētez verone. lz padue habeat domiciliū an poterit directo mittere nuntiū ad eum cū literis an debeat requirere potestatem verone qō illi mandet vt coram eo compareat.
4 Quid in executione personali.

1 **Hoc nihilominus.** † Not. hic plura. primo qō in causis ecclesiarum debet cōueniri economus si ipsum habet vel rector ecclesie si alium non habet. Item qō economus constituitur cum autoritate episcopi. ⁊ sic autoritas superioris videtur necessaria in cōstitutione actoris. de hoc ī. l. actor. ff. rem rat. habe. et ita
2 tāgitur p Sul. de cun. ☞ † No. etiā ℑm Bal. qō economus ecclesie dicit defensor pauperū ⁊ sic appellatione pauperū cōtinetur ecclesia per qō disputādo tenuit quidā valens vir vocatus dñs repecurus de scō miniato qō ea q̄ testator mandauit distribui iter pauperes possunt conuerti in fabricā vel recuperationem pauperis ecclesie si nō habet aliunde. de hoc per Jo. an. in. c. fi. de testa. li. vj. ⁊ no. per Bal. ℑ. eo. l. si quis ad de-
3 clinādam. ☞ † Ultimo ver. verū si apparitor. semper allegatur pro decisione huius questionis quam disputauit Ly. ī ciuitate Senarū si potestas huius ciuitatis vult citare vnū paduanū existētē verone licet hic habeat domiciliū. An poterit directo mittere nūtiū ad eū cū literis. An autē debeat requirere potestatē verone qp illi mandet vt coraā eo compareat videbatur qō ista pars esset verior quia nūtius nō potest executionē facere in alieno territorio. vt no. in. l. cum vnus. ℌ. is q. ff. de bo. auto. iudi. possiden. per. l. extra territoriuz. de in. om. iudi. contrarium tamen determinat per istum ter. ibi duz dicit in prouincia degentes mouerit ⁊c. Et sic apparitor prefecti pretorio qui non habebat iurisdictionez nisi in ciuitate cōstantinopolitana ⁊ eius territorio. si dicit de pfecto vr. vt. l. ℌ. cum vrbem. ff. de offi. pfe. preto. vrba. Adonet clericos degentes in prouincia ex parte dicti prefecti pretorio non autez preses prouincie ad requisitionem dicti prefecti. ⁊ ita direrūt antiqui per istum ter. ⁊ per. l. qō promulgatis. ℑ. de offi. preto. vrba. ⁊ etiam videtur ter. expressior in ca. romana. ℌ. cōtrahētes. de fo. compe. li. vj. † Et predicta in executione verbali sed
4 executionem personalem capiendo personam nō posset facere in alieno territorio. vt no. in. d. c. is qui. ⁊ ℑ. de iudi. properādum. ℌ. si autem reus. in contrarium qō nec etiam verbalē facere possit: sed debeat fieri per iudicem illius loci ad requisitionem primi iudicis. videtur casus in. d. cle. pastoralis. Sed solue vt plene no. Bar. de isto passu. ī. l. j. ff. de requi. reis. Itez a facit contra. c. ij. de consti. lib. vj. Solu. ibi loquitur in sententia statuti que non extenditur vltra territorium. vt si dicat qō committens furtum sit excommunicatus. nam non ligat subditum extra territoriuz committentē vt ibi quia traheret secum executionē in alieno territorio quod facere non pōt. non sic in sententia iudicis que potest ligare subditū in alieno territorio existentem. vnde potest iudex condemnare subditum suuz etiam alibi existentem vt ibi notatur: ⁊ sic in plus se habet sententia hominis q̄ lex in hoc.
2 ☞ Adonasterium non habet bona ingressi tāqp heres ⁊ qd sequatur ex hoc ⁊ qualiter ea habeat.
Causa qualiter possit agitari cum monacho non sic cum deportato. ⁊ nu. 3.
3 Adonachus per ingressum religionis nō patitur capitis diminutionem.
Sētētia lata ꝙtra monachū qō nō noceat monasterio ⁊ quid in ꝙtractu celebrato cū monacho post ingressum.
4 In causis ciuilibus est in arbitrio iudicis cōmittere citationem personalem.

a ☞ Statutū. adde de hoc ⁊ dic vt latissime p do. Mel. de sctō ge. in trac. bannitoz. in sc̄da pte sc̄oi tpis. q. ij. qui tenet statutū valere. Cur.

BIU Cujas

§ Eps in suo foro debet seruare leges imperiales: ⁊ fz illas ferre snias nisi canones ꝺicāt: ⁊ qꝺ debeat seruare statuta laicorum si facta sunt super his que pertinēt ad laicos ⁊ ad decisionem cause: vide tamē nu. 7.

6 Episcopi habent carceres ⁊ sic merum imperium.
Quando vna pena imponitur vni ⁊ pluribus simul copulatiue puta capitaneo ⁊ antianis. dimidia tangit capitaneū altera dimidia omnes antianos.
Quid in vocibus.

1 **Causa que.** †Ista aut. corrigit. l. codicis in monachis inquantum illa vult in princi. qꝺ possint cōuenire coram pſidibus prouinciarū. ista vult ꝙ non nisi coram epo aut. seqꝺ. clericus. Corrigit etiam in clericis secularibus ⁊ in ciuilibus tm causis. in criminalibus autem distinguit inter criminalia ciuilia ⁊ ecclesiastica. aut. statuimus. Corrigit generaliter in omnibus personis ecclīasticis que possint esse licet nō sint monachi vel clerici: tamen deo deuoti. vt in ieſuatis ⁊ heremitis. ⁊ etiā corrigit aut. clericus vt indistincte in criminalibus sine sint ecclesiastica siue ciuilia nō trahant nisi coram ecclesiastico iudice. ⁊ illa est nouissima aut. imperatoris Federici. sicut aut. itē nulla cōitas. s. eo. ⁊ in aut. cassa. s. ti. j. †ꝑ istū tex. in prin. iūcta glo. j. que intelligit quādo monachus cōuenitur pro cōtractu celebrato ante ingressum monasterīj determinat Bar. in aut. si qua mulier. s. ti. j. qꝺ monasteriū nō ha
a bet[a] bona ingressi tanꝙ heres quod patet. quia causa pōt agitari cum monacho: ⁊ sic nō habetur pro mortuo ergo nec monasterium pro herede: qꝺ viuēs nō habet heredem: vt in. l. j. ff. pro herede. ⁊ ex hoc sequitur ꝙ nō habet nec adire hereditatem ad hoc vt bona sibi acquirātur licet in herede hoc requiratur. Sed ipso iure per ingressuz acquirūtur monasterio tā proprietas ꝙ etiam possessio sicut acquirūtur arrogatori: vt in. l. si adoptauero. ff. de preca. licet secus in herede. vt in. l. cuz heredes in prin. de acqui. pos. Item sequitur ꝙ nō tenet monasterium vltra vires bonorum sicut nec arrogator. vt instit. de acqui. per arro. §. fina. licet secus in herede qui non cōfecit inuentariuz sed gl. videntur dicere quod habeat iure hereditario quod nō est verum. ¶ †Item per istum tex. apparet qꝺ
3 monachus nō patitur per ingressum religionis capitis diminutionē qnā patitur deportatus cuius bona publicātur quoniam deportatus eximitur ab omni obligatione ciuili ⁊ naturali quibus primo tenebatur ⁊ trāseunt in fiscuz. vt. ff. de fide iusso. l. si debitori deportato. ⁊ l. fi. ꝺ duo. reis. ⁊ tamē nō sic in monacho imo remanet obligatus quod patet. quia potest cōueniri ⁊ causa cum eo potest agitari nō sic cum deportato sed ipse fiscus est ꝙueniendus pro eius debitis: vt. l. iij. j. ad. l. iul. de vi. super hoc tamē sunt diuerse opi. nam quidam dicūt qꝺ datur libellus cōtra monachum ⁊ ipse respōdet ⁊ litem cōtestatur ⁊ cōdemnatur per istum tex. dum dicit ꝙ causa fit cum monacho. ergo tota causa a principio vsqꝫ in fi. Sz sententia mittetur executioni ꝙtra monasteriū in bonis cuiusdaz monachi. ⁊ ista opin. multum mihi placet quia satis colligit ex isto tex. comparebit tamen cuz autoritate abbatis. ⁊ licet alīs sentētia lata ꝙtra eum nō noceret monasterio. Sed vnum facit hic dubiuz qꝛ ex ꝙtractu vel quasi celebrato post ingressuz monasterium nō tenetur etiam vsqꝫ ad valorem bonorum: vt in glo. j. ⁊ istud iudicium ⁊ sentētia agitatum est post ingressum. Sed solue ꝙ cum autoritate ⁊ ꝙsensu abbatis. s. diri nā idem esset in alīs ꝙtractibus celebratis post: de volūtate abbatis. Alīj dicūt ꝙ libellus datur ꝙtra monachum ⁊ petitur ipsum cōdemnari sed nō respondebit ipse nec litem ꝙtestabitur. sed syndicus monasterij vel abbatis ⁊ illi cōdemnabunt: quia sunt domini litis sicut quādo datur libellus ꝙtra dominum ⁊ comparet procurator ⁊ respondet iurta plene notata in. l. j. j. de sen. Alīj dicūt ꝙ imo datur libellus ꝙtra ipsuz monasterium seu syndicum vel abbatem ⁊ petitur ipsos cōdemnari licet narratio fiet ex persona monachi. de his omnibus vide in Specu. de statu monachorum. §. j. circa prin. qui videtur approbare omnes dictos modos ⁊ ponit formas libellorum. ⁊ sic est in electione actoris. ad hoc. d. §. fi. insti. de acqui. per arroga. quod no. glosſ. plene in aut. apud quos oporteat causam dicere. vnde sumitur ista aut. ⁊ quod no. Innoc. in. c.
4 cum olim. de priuile. ¶ †Item no. fm Bal. duz tex. dicit de pſentia persone quod est in arbitrio iudicis ⁊ in causis ciuilibus committere citationē personalem. i. arctare citatum ad pſonaliter comparendum. Regulariter enim ꝙtra cum possit comparere per procuratorem: vt in. l. j. §. vsus. ff. de procur. de
5 hoc in. l. fi. j. de procu. per Cy. ⁊ in. c. j. de iudi. lib. vj. ¶ †Item no. ibi fm legem ꝙ epus in suo foro ꝺz seruare leges imperia-
b les ⁊ fz illas ferre snias qꝺ intellige nisi canones ꝙtradicāt[b] ꝙ dic vt. §. ti. j. l. priuilegia per Barto. Sed an debeat seruare statuta laicoz. Breuiter si illa statuta facta sunt sup his que non pertinent ad laicos vt in causis spiritualibus vel ecclesiasticis puta quod cōtractus presumātur vsurarij exceptis conjecturis que non habentur in iure canonico. naz ista. q. iuris reputatur spiritualis quando queritur an contractus presumatur vsurarius. ⁊ si incidat in curia seculari trāsinittitur ad curiam epi̇scopi vt no. Barto. in. l. titia. ff. solu. matrimo. ⁊ j. de iudic. l. quoties. ⁊ tūc tale statutū nō valet[c] nec est seruāꝺū in curia epi̇scopi. quia nō pertinet ad laicos inducere cōiecturas ex quibus presumatur vsurarius. sed pertinet ad papam ⁊ ad epi̇scopum cum syndico. ⁊ hoc determinauit Fede. de se. in consilio. xcj. ⁊ in istis diebus habui consulere ī causa valde dubia in qua decisione allegaui prefatum cōsilium. Sed si statuta sunt super his que pertinēt ad laicos si curia epi̇scopi cognoscat contra laicos quod interdum facit debet seruare illa statuta si pertinent ad decisionem cause. Secus si ad ordinem
c iudicij sicut in legibus iuris cōis vt hic iuncta. l. cum clericis
6 in fi. §. eo. cum ibi nota. ¶ Ultimo no. in fi. secundum Bald.
d qꝺ epi̇scopi habēt carceres[d] ⁊ per consequens habēt merū imperium cum hoc nō competat nisi habentibus imperium: cū carceratio fiat officio iudicis nobili ⁊ ad publicam vtilitatez. De questionibus autem que hic mouētur per glosſ. satis patet quid dicēꝺum sit ex his que. §. diri. ¶ Ultimo no. glo. fin. qꝺ quādo vna pena imponitur vni et pluribus simul copulatiue puta capitaneo ⁊ antianis dimidia tangit capitaneuz ⁊ altera dimidia omnes antianos simul. Ideo si statutum imponit penam de. c. syndico. ⁊ ville alteram dimidiam ꝑ hanc glo. secunduz Bald. ⁊ Cy. ⁊ eodem modo si aliquid committeretur capitaneo et antianis tantam vocem habet capitaneus solus quantam omnes antiani simul. ita nota. per Cyn. in. l.
7 non ambigitur. ff. de legibus. †Quod autem. §. diri statuta laicorum pertinētia ad decisionem cause seruāꝺa in curia epi̇scopi intellige scilicet in fauorem clericorum ⁊ preiudiciū ibi litigātium: vt si dicat statutum qꝺ non valeat instrumentū si nō est registratū in memorialibus communib[9] ⁊ laicus in curia epi̇scopi cōtra clericum producit tale instrumentum. nam potest clericus opponere de statuto quia tanꝙ vnus de populo potest vti beneficijs statutorum licet sit exemptus a iurisdictione laicorum. x. distin. c. in aditoriuz. et ita disputando tenuit Pau. de liaza. doc. bonon. nā ex clericis ⁊ laicis fit vnus populus ⁊ vna respublica que consistit ex sacris ⁊ religiosis. Sed ecōuerso pro laico ꝙtra clericum non seruatur vt si dicat statutum qꝺ instrumētum mittatur executioni. nam si laicus habet instrumētum contra clericum nō potest petere in curia epi̇scopi quod mittatur executioni ꝙtra eum cum illud statutum nō liget clericos licet Bar. tenuerit contrarium in. l. cunctos populos: qui reprehēditur a Bal. ⁊ etiam ab alīs canonistis: ⁊ idem si clericus haberet instrumentuz ꝙtra aliuz clericum. nam sufficit ꝙ ille ꝙtra quem est potuerit ligari.

2 ☞ Clericus in quibus casibus possit coram iudice seculari conueniri. ⁊ nu. 3.

3 Instantia cause criminalis regīr durat biēnio.

4 Constitutus in aliquo gradu vel dignitate nō ꝺz pſonaliter condemnari nisi primo priuet ⁊ spolietur dignitate.

5 Crimina ecclesiastica que sint: ⁊ quis iudex de eis cognoscat. An epi̇scopus pro crimine ecclesiastico possit purum laicum capere.

6 Quando degradetur clericus vt tradatur puniēdus curie seculari. remis.

1 **Clericus.** †Clericus in causa ciuili debet conueniri coram epo nisi natura cause nō patiatur. Sed in causa criminali si crimen est ciuile cōuenitur coram iudice seculari non tamē fit executio in personam eius anteꝙ degradetur ab epi̇scopo. Sed si est crimē ecclesiasticum tunc coram epo. hoc dicit. Sed per aut. se. statuimus nec in ciuili nec in criminali coram seculari trahi potest. ⁊ de materia istius aut. habetur. xj. q. j. per totum. ⁊ de foro compe. c. si quis ꝙtra clericum. ¶ Inter. ibi prius apud epi̇scopum ꝙueniatur. dic ꝙ glosſ. dicit qꝺ in negligētia epi̇scopi recurritur ad iudicem secularez qꝺ hodie nō est verum: quia nullo modo secularis potest se impedire sed recurrit ad superiorem ipsius epi̇scopi ⁊ sic ad papam.

2 ¶ In tex. ibi si natura cause dic gl. exponit pluribus modis docto. exemplificāt in causa feudali in qua etiam clerici cōuenitur coram domino feudi etiam si sit laicus: vt in. c. verum. cum ibi no. de fo. cōpe. vel qñ venit clericus ad defendendum illū cui rem vēdidit qui ꝙuenitur coram iudice laico nō coram eodem debebit ipsuz defendere: vt. l. vēditor. ff. de iudi. vel in cā recōuentionis si ipse agat contra laicuz in curia secularī ⁊ laicus ipsum

a ¶ Cassonasteriuz nō hz. adde doct. l. c. ī pſentia. de probatio.

b ¶ Nisi canōes cōtradicāt adde. c. cleri. ꝺ iud. c. vlt. de secū. nup. c. j. ꝺ no. op. nū. gl. sume. xl.

c ¶ Tale statutuz nō valet. adde docto. in ca. ecclesia sancte Marie. de consti.

d ¶ Epi hūt carceres. Adde qd ꝺe iferioꝛib[9] ab epi̇s vide gl. in verbo tibi. in. c. quis. ꝺ pe. lib. vj.

BIU Cujas

eus ipsum recõueniat tenetur respõdere coram eo: vt in.c.j. de mutu. pe. ⁊ no. ĩ. c. at si clerici. de iudi. vel quãdo clericus esset incorrigibilis: vt no. in glo. summe. xj. q. j. quã oĩno vide ⁊ plu
a res alios casus in quibus clerici subsunt laicis. vide per glo. in. c. principes. xxiij. q. v. ⁊ etiam in Spec. de compe. iudi. adi.
cōmodū actoris. vt. l. j. ff. edenda. ff. eo. ¶ Itē est alius casus si
actor esset p̄uilegiatus: vt est fiscus. nā sibi debet fieri editio
ad intentionē fundandā tam rationū q̄ etiā instrumentorū:
etiā si nō fuissent scripte mandato suo. vt. l. ne quis q̄. ff. eo. tit.
a ¶ Usurari⁹. Add 3 ¶ †Item est tertius casus odio reivt si esset vsurarius q̄ tene
de q̄ de hoc saltē a tur suos codices edere etiā ad fundandā intētionē actoris: vt
summarie q̄ stare in cle. j. de vsur. Et vide qō plene no. per Inn. in. c. j. de fide in-
dz ita Car. i cle. j. stru. ¶ Spe. eo. ti. ff. restat. Et sic sunt quatuor casus in quibus
ff. j. de vsu. ¶ incō reus tenetur edere actori ad intentionē fundandā librum p̄o
si. suo. crir. incip. p̄priū rationū. Si aūt nō scripsisset de mādato actoris. sed suo
duo sunt exami- p̄prio arbitrio in libro suo secreto ¶ non esset vsurarius nec
nāda. co. ff. ¶ vtro illū librū p̄ducere cōtra se ad intētionē actoris fundandā:
biq̄ q̄ nō solū li sed ad fundatā coadiuuādā remedio replicationis bene tene
brū: sed etiā quā retur edere sicut ¶ etiā instrumētū p̄priū edere teneť: vt in seq.
libet aliā scriptu- lec. ¶ j. c. l. ff. ¶ In glo. ibi. cum femina non possit esse argenta
rā edere tenetur. b ria. b ¶ dic q̄ ista editio rationū petebatur ab argētarijs. nam
¶ adō Jo. ō ana. in illis loquebať edictuz p̄torīs factū sup ista materia: vt. ff.
in. c. q̄ nobis. de eo. l. p̄tor. in p̄n. Sol. vt in glo. nā etiā ab heredibus argen-
vsu. Et Lau. ō ro tarijs poterat peti. vt in. l. quedā. ff. j. ¶ l. si quis ex argētarijs.
dulfus i repeti. c. ff. j. Sz alij timore huius ꝙtrarij dicūt qō ista lex nō loquitur
consuluit. eo. tit. in editione rōnū sed instrumētorū. Et exponūt rationes. i. in
Fran. Lur. strumēta vel instrumētū. Et tenēdo istā lec. intelligit qō nota-
b ¶ Nō possit esse rius fuit rogatus de isto deposito facto penes istā mulierē. et
argentaria. adde q̄ ipsa mulier recollegit instrumētū a notario de sua pecunia
Barb. cōs. j. inci. ¶ sic est suū respectu dominij. ¶ †Querit ergo si actor non pōt
magn⁹. i. iij. vol. 4 habere a notario. q̄ mortu⁹ est ¶ non reperiunť p̄tocolla ei⁹.
i. xviij. col. versi. ¶ vtrū possit cōpellere istū aduersariū ad edēdū illud ꝓinstrumē
adduco simile q̄ tū. Et ex primo capite q̄ factū fuerit eo mādāte. clar est q̄ nō
voluit glo. quantū ad istū aduersariū. q̄ nō recollegit de mādato ꝓistius
actoris. sed suo arbitrio. tū adhuc dicit hic q̄ ex causa pōt com
pelli. Glo. dicit q̄ cā iusta est isto casu q̄n actor non poterit ad
intentionē suā fundādā: q̄ iam esset fundata per alios ꝓtestes
vel instrumēta. Sed ad ipsam coadiuuādā per replicationez
vt. d. l. fi. ¶ Ponamus enī qō iste re⁹ excipiebat de pacto de non
petendo ꝙtra intētionē fundatā actor replicabat de posterio-
ri pacto de petēdo de quo dicebat apparere p̄ dictū librū tunc
cōpellit ipsum edere nō quo ad intētionē fundādā. l. qui accu
sare. Certe si reus vteretur dicto instrumento p̄o se in aliqua
particula teneret facere copiā actori de toto: vt in. d. ff. edenda.
vt possit tūc actor aduersus ipsam se iuuare. Itez si esset actor
p̄uilegiatus adhuc esset iusta cā. Et eodez modo si reus esset
vsurarius ¶ ita supple ad glo. Sed si peteret editio a notario
qui fuit rogatus de instrumēto ille teneret edere. i. publicare
§ ad instantiā rogantis ¶ nō alterius. †Sed quid in ipsis mer-
catoribus qui tenent libros in quibus scribūt oīa que habēt
agere cum alijs. an teneanť illos edere. dicit Ja. b. u. ¶ Bar. qō
sic. q̄ p̄ cōsuetudinē cōmunē illi qui vadūt ad eos. ¶ habent
cum illis agere videnť cōsentire ¶ mādare vt scribāt in libris
eorū ¶ sic dicūt scripti mādato illorū qui cū eis habēt agere vt
in. d. ff. pertinere. Sed Bal. sentit hic ꝓprium per argumētum
ex speciali q̄ sumit ex illa cle. prima de vsur. nam si ēt speciale
in eis tenēt libros. ergo in alijs hoc nō est ¶ argumētū istud est
difficile. Et forte Bal. de iure verius dicit. Et sic n, isi quid ꝓ-
bet se mādasse q̄ scribať non pōt quis cōpelli ad edendum li
brū suum etiā si publicā artē faciat ¶ librum teneat. Sed si pōt
probare tūc edere teneretur etiā si nō gerat publicā artez. Iz in
c Dicunť autez secreto teneat librū suū. Sed cōtra dictū Bal. qō originaliter
acta. Adde Inn. fuit dictum glo. in. d. cle. j. de vsu. facit determinatio Buli. de
in. c. j. de p̄ba. hic cu. in. l. edita. q tenet, q̄ mercatores hodierni qui ꝓficiūt ¶ reti-
adō q̄ notaui i. i. nent libros in publico p̄sumanť oīa scribere de mandato
supplicare. s. vt illorū qui cum eis ꝓbunt ¶ sic teneanť indistincte edere. ¶ alle.
lite pendē. Fra. l. fi. j. de pac. cōn. ¶ Bal. videtur hanc determinationē sequi ¶
Lur. sic sibijpsi contrariari. Sol. reducendo ad cōcordiam dic qō si
ille qui petit edi librū a mercatore asserat se expresse mandasse
q̄ scriberet nō tū pōt aliter probare p̄sumatur p̄o eo qō di-
cat verū ꝓpter hoc solū q̄ ipse gerit publicā artem ¶ facit pu-
blicū librū. ¶ ita loquit Bul. de cu. Inn. hic nō asserit q̄ expsse
mandauerit. sed fundat se in tacito ¶ p̄sumpto mādato resul-
tante ex publica arte. ¶ tunc procedat dictū Bal. ¶ etiā dictuz
glo. qō hoc nō sufficiat ad cōpellēdū ipsum edere librū. Simi
lis distinctio fit in alia materia de qua in. l. si certis annis. ff. de
pac. ¶ l. cū de in rem verso. ff. de vsur. Cōclude ergo q̄ si peto a
te vt edas codicē rationū tuarū ad fundandam intentionem
meā in quinq̄ casibus obtineo. s. si pbo me tibi exp̄ssē mādas-
se siue esles mercator siue nō. Itē si hoc non pbo tū allego hoc
¶ tu eras publicus mercator ꝑm Bul. de cu. Item in alijs tri-
bus de quibus. s. Extra istos secus. Et ita seruať florentie. q̄
mercatores nō teneť suos libros ostēdere nisi ei q̄ habet scri-
ptura de manu ipsorum cum expressione folij in quo dicatur
esse scriptā suam rationē. Cetera vide hic per Bart. notanter.
2 ¶ Notarius actorū nō debet dare copiā eorū nisi de māda-
to iudicis sic etiam non posset aliquā ꝓductionē recipere que
fieret a partibus nisi in p̄sentia vel de commissione iudicis.
3 Acta dicuntur ille scripture que fiunt de his actibus qui fiūt
cora iudice: siue per modū contentiose iurisdictionis siue vo-
luntarie. ¶ quare dicantur publica.
Dominium talium scripturarū non est alicuius p̄uati etiaz
ipsius notarij scribentis sed est illius reipub. cuius autoritate
sunt confecta.
4 Notarij quādo dimittunt officium non portant secum librum
actorum sed dimittunt in camera communis sub custodia of-
ficialis ad hoc deputati qui vocatur cōmētarienſis ¶ vnicuiq̄
petenti copiam p̄o suo interesse tenetur eam facere.
Iudex maleficiorum debet facere tradi inquisito vel accusato
copiam inquisitionis vel accusationis ¶ omnium actorū con-
tra eum ¶ etiam copiā indiciorum ꝓpter que iudex vult ad
torturam deuenire.
5 Iudex semper debet attendere ad veritatem reperiendam et
illam sequi omissis cauillationibus.
Iudici pertinet dirimere lites.
6 Actorum copia an sit fienda alicui ex litigatoribus.
Quid de editione fienda iudici.
7 Iudex appellationis potest mandare iudici p̄me cause vel
etiā notario vt sibi mittat originalia acta ¶ similr mādare par
ti que haberet sniam in publica forma cōtra quā fuit appella
tum qō ipsaz exhibeat ¶ si non velit exhibere in termino assi-
gnato an poterit p̄nūtiare q̄ illi sententie non detur fides.
Successor iudicis coram quo facta sunt acta non potest ferre
sententiam nisi acta videat.
Verbalis productio quando sufficiat.
8 Iudex ordinarius qui deleganit audientiam cause reseruata
sibi sententia tenetur ipse adesse in principio medio ¶ fine ¶ q̄
debeant ei exhiberi acta gesta coram illo commissario.
9 In singulis actibus cum producitur aliqua scriptura vel ali
quod instrumentum de more est q̄ petitur ¶ datur terminus
ad recipiendum copiam ¶ opponendum.
Quid in attestationibus receptis.
10 Actorum copia est danda vnicuiq̄ petenti ¶ iuranti sua inter
esse etiam si non fuit in iudicio.
11 Quid si petatur a p̄uata persona.
12 Quid in alijs instrumētis faciētibus ad causam ¶ sic alterius
partis q̄ recollegit de sua pecunia: an sint edenda a p̄uato.
13 Attestationes recepte p̄o me contra vnum in vno iudicio an
prosint mihi contra alium in alio iudicio.
14 Attestationes recepte contra te in vna instantia: ¶ p̄o me: si
forte peremptа sit instantia ¶ ego reincipio nouam instantiā
an ille attestationes fidem faciant in noua instantia absq̄ co
quod testes iterum examinentur.

1 **Apud quē.** †Acta publica sunt edē
da cuilibet pretendenti
interesse. hoc dicit ꝑm cōem lec. Et ad infir̄tos ca-
sus allegatur tanq̄ singularis. Venio ac[illegible]m.
Habui litigium tecū coram dño potestate vel eius vicario mo
do tunc in calculo ferende sententie volo habere consilium cū
aduocato meo vado ad notariū a quo peto copiam oīum ac-
torū ¶ notarius denegat vnde nō possum habere consiliū ab
aduocato si nō videt acta. Unde dicit imperator vade ad iudi
cem cause coram quo acta sunt facta inter te ¶ aduersariū ¶ ipse
2 iubebit illa tibi dari. ¶ †In text. ibi is apud quē. i. iudex ¶ sic
facit qō notarius actorū nō debet dare copiā eorū nisi de man
dato iudicis. ¶ iudex pōt ipsum cōpellere ad dandū. Sic etiā
nō posset aliquā ꝓductionē recipere que fieret a partib⁹ nisi
in p̄ntia iudicis vel de ipsius cōmissione seu mādato. vt no. in
l. hac cōsultissima. ff. fi. j. de test. ¶ l. iubemus. de epis. aud. ¶ de
3 adop. l. adoptio nō tabulis. ¶ †In text. ibi acta. Dicunť autē
c acta c ille scripture q̄ fiunt de his actibus que fiunt coram iudice
siue p̄ modū cōtentiose iurisdictionis seu volūtarie: vt p Inn.
in. c. j. de proba. ¶ no. in. l. ij. s. vt lit. pēdē. ¶ in. l. acta. ff. de re iu-
di. in gl. j. Circa quas scripturas multe occurrūt dubitatiōes:
de qbus per Jo. an. in addi. Spec. in ti. de artic. produc. in li-
bello. ij. vbi recitat vnam notam Nicolai de ma. valde singula
rē declarātē quāplurima dubia. ¶ ibi oīno vide. ¶ In text. ibi
publica: dic ¶ dicunť triplici respectu. q̄ ꝓfecta manu publici
notarij

BIU Cujas

notarñ:vt in.c.qñ cõtra falsam.de pba.⁊ qz facta coram iudice qui est persona publica. Et qz dñium taliũ scripturarũ nõ est alicuius priuati etiã ipsius notarñ scribentis.sed est illi⁹ rei
4 publice cuius autoritate sunt ꝛfecta. †Ideo notarñ qñ dimittunt officiũ nõ portãt secũ libros autorũ. sed dimittunt i camera cõis sub custodia officialis ad hoc deputati q vocaꝫ Lommentariensis.vt.l.in fraudem.§.quoties.ff.de iure fis.Et vnicuiqz petẽti copiã pro suo interesse etiã illi cũ quo nõ fuit iudiciũ agitatũ teneꝫ facere copiam.vt habetur in.d.not.Nico. de mat.⁊ p Inn.i.c.j.de pba.vbi quã plurima vide de ista mate
5 ria. ¶ †In ter.ibi criminalia per hũc text.dicit Bal.qꝫ iudex maleficiorꝫ debet facere tradi inquisito vel accusato copiã inquisitionis vel accusationis ⁊ oĩum actorũ cõtra eũ ⁊ etiã co-
a piã indiciorꝫ a per que iudex vult ad torturã deuenire:vt possit illa purgare. ¶ In ter.ibi exhiberi dicas dando copiaz nõ aũt originalẽ scripturã.qz illa debet remanere penes notariũ quousqz est i officio:⁊ postea penes cameram cõmunis: vt dixi. ¶ In ter.ibi ad inuestigandã veritatis fidẽ.No.qꝫ iudex semper debet attẽdere ad veritatẽ reperiendã omissis cauillationibus ⁊ illã sequi:licet ad aduocatũ cause pertineat seq verisimilia:vt inquit Tullius de officiis. Multi tamẽ male seruãt qz vidẽtes veritatẽ pro vna parte ꝓpter cauillationes ⁊ subtilitates alterius partis cũ tñ possint illam defendere nõ defendũt:sed ꝛculcãt.Sed veb aĩabus eorũ facit.l.si eũ.in fi. in pn. ff.si quis cau.⁊.l.fi.de pba.in fi.Sic etiã ptinet iudici lites di-
6 rimere.l.quidã existimauerunt.ff.si cert.pe. †Pro declaratiõe prime gl.op.qõ nõ sit fiẽda copia actorũ alicui ex litigatoribꝰ qz cũ fient dictim altera parte pñte vel etiã citata seu eius procura.notitiã habet ille de cũctis gestis vel p eũ stat quomin⁹ habeat ergo vlterius nõ est fiẽda notitia seu editio.ar. in.l.j.ĩ fi.de act.emp.ff. Propter hoc glo.legit banc.l. quinq; modis sed reducunt ad duos principales.primus est qꝫ nõ loquant de editione fienda parti ne obstet Zriũ.sed de fienda iudici. Et si dicaꝫ multominus debet fieri iudici cũ sibi sint oĩa nota.qz coram eo gesta sunt.arg.eius qõ no.p Inn.in.c.cũ clamor. extra de testi.glo.dicit qõ debet poni in alio iudice coram quo nõ fuerunt acta.qui tñ habet sententiã ferre ⁊ non potest ferre nisi vi-
7 deat acta. Et hoc põt ꝛtingere tribus modis. †Primo ĩ iudice appellationis vt in prima lec.glo.q põt mãdare iudici prime cause vel etiã notario vt ibi mittat originalia acta.⁊ similiter posset mãdare parti que haberet sniam in publica forma ꝫ quã fuit appellatũ qꝫ ipsam exhibeat.⁊ dicit Bar.qꝫ si non vult exhibere in termino assignato poterit iudex appellationis pnuntiare qꝫ illi sniẽ nõ deꝫ fides ac si lata nõ fuisset p no. per Inno.in.c.g.ppetuus.extra de fi.instru. Sed do.Rapha. dicit ⁊ bñ qꝫ Inno.nõ dicit hoc qñ pfiteretꝫ se habere ⁊ nollet eã exhibere:sed bñ dicit hoc qñ negaret sniam esse latã p se: ⁊ sic diceret appellationẽ frustratoriã ⁊ appellãs nõ põt sniam producere:qz eã nõ habet penes se.nã in istũ tanqꝫ in ꝛfessum bene põt facere talẽ pronuntiationẽ qõ si vllo tpe reperiaꝫ nõ habeat vires:sed si id dirisset per errorẽ qõ probareꝫ nõ noceret sibi.argumẽtũ in.l.ñ.in fi.ff.de iure fis.sed si illã sniaz exhiberet.dicit Bal.qõ põt petere cõpelli appellantẽ ad refundẽdũ impẽsas factas in recolligẽdo sniam a notario pro quo.ĩ. de iur.do.impe.l.fi.añ fi. ¶ Põt etiã poni in successore illi⁹ iudicis coram quo facta sunt q nõ põt ferre sniam nisi videat acta ꝓpter qõ dicit Bar.qõ qñ iudex mutaꝫ cõsiliũ est ꝓducere acta coram successore qꝫ intellige de ꝓductione facta sine qua nõ põt sniam ferre nõ visis actis:qz esset nulla. vt in.l.properandũ.§. ⁊ si quidẽ.ĩ.de iudi.ibi dũ dicit acta coram se ꝛfecta ꝛspicere ⁊c. non autem dicit de productiõe verbali que solet fieri de aliis scripturis ꝓductis per partẽ.qz non pñt nisi pars dicat ꝓduco talia ⁊talia instrumenta:vt habetur in aut.ĩ.si cer.peta.ibi posita.⁊ in.l.producit.ff.de testi.nã de actis non est necessariũ facere talẽ ꝓductionẽ.nec coraz iudice coram quo facta sunt nec coram eius successore.cũ eadẽ sit iurisdictio.⁊ nihilomin⁹ ꝓsint acta.licet non ꝓdessent instrumẽta.⁊ hoc voluit Innocẽ.in.c. cũ in iure.circa fi.de offi.dele. Et hoc tenuit hic Bal.⁊ etiã dominus Rapha.loquẽtes melius qꝫ Bar.qui videtur requirere ꝓductionẽ verbalẽ.⁊ qõ alias acta nõ ꝓsint. Et hoc vult in
8 effectu prima lec. †Tertio modo põt ꝛtingere in iudice ordinario qui delegauit audiẽtiã cause reseruata sibi sententia quo casu teneꝫ ipse adesse in ꝓncipio medio ⁊ fine ⁊ in aut. ad hec ĩ.de iudi.Si ergo seruatis seruãdis vult dare sniam.faciat sibi exhibere acta gesta coram illo cõmissario quibus nõ visis nõ posset eã dare.⁊ hoc vult glo.in v̄.quarto ibi.administraꝫ ⁊c. Et his tribus casibus exhibitio actorũ fit iudici ⁊ non parti: sed põt intelligi qꝫ etiã fiat parti. Et nec obstet Zriũ primo loco formatũ dicit glo.in.ñ.lectu.qꝫ debet intelligi quãdo pars que fecit acta exhiberi nõ fuit presens vel procurator eius.sed fuerunt facta in eius ꝓtumaciã eo absente. Si ergo fuisset presens nõ esset sibi danda copia actorũ ẽm hoc ideo dicit Bart. qõ parti que pñs litiganit nõ est dãdus termin⁹ ad recipiẽdũ copiã actorꝫ.sed imputet sibi quare dictim in singulis actibus nõ fecit sibi dare copiã. Breuiter intelligo dictũ suũ quãdo esset presumptio cõtra eũ qꝫ faceret causa deferẽdi vt si iudex esset in calculo ferẽde sentẽtie.⁊ pars peteret sibi dari terminũ ad recipiendũ copiã omniũ actorũ. Et pro hoc differretur ꝓlatio snie nõ esset sibi dãdus terminus:qz presumitur ipsum petere in fraudẽ. Sed si cessaret psumptio.posito si fuisset negligẽs ĩ singulis actib⁹ petere copiã.cũ nulli noceat hec assignatio nõ subest ratio quare debeat ẽnegari qõ etiã tenet
9 do. Raph. †Sed in singulis actibus cum producitur aliqua scriptura vel aliqõ instrumentũ de more est qꝫ petiꝫ ⁊ daꝫ terminus ad recipiẽdũ copiã ⁊ opponẽdũ. Et ita declara dictuz Bar.põt etiã poni vt loquaꝫ in attestationibus receptis que debent teneri secrete ꝑ notariũ anteqꝫ iudex eas publicet. Sz postqꝫ ꝓnuntiauit publicatas notarius teneꝫ dare pti copiã: vt possit opponere qcqd vult ⁊ ita seruaꝫ in practica. Et hoc
10 voluit glo.in vlti.lec.in ver.vel quinto ⁊c. ¶ †In glos.ibi hic
b aũt.de actis dicit dic hec v̄a ⁊ copia actorũ b sit dãda vnicuiqz petẽti ⁊ iurãti sua interesse etiã si nõ fuit in iudicio tã ciuiliũ qꝫ criminaliũ.vt.§.dixi.⁊ non solũ priuato.sed etiaz fisco.⁊ multomagis.si tamẽ petatur a publica pson̄a.vt a iudice cause vel a notario qui scripsit ⁊ penes se habet vel si sunt in came-
11 ra cõmuni a notario camere. †sed si peteretꝫ a priuata pson̄a: tunc aut penes illã erat originalis liber actorꝫ casualiter.⁊ idẽ qz nõ est suus sed reipublice aut penes eũ erat copia recollecta per eũ a notario de sua pecunia.⁊ tũc qz illa est sua;nõ tenetur exhibere nec copiã dare.ita sentit Inn.ĩ.c.de pba.nisi forte ex causa si originalis liber esset ꝓditus. Et tunc teneꝫ refundere partẽ ipẽsarũ illẽ qui petit sibi dari sicut in simili quãdo qs petit cõmunicari sibi tenutã quã alius accepit.vt.ĩ.de iur.do.
12 impe.l.ñ. Et etiã hic tãgit Bal. †sed si loquimur de alĩs istrumẽtis facictibus ad cãz. Et sic alterius partis qz recollegit de sua pecunia.tũc an illa sint edẽda priuato.dic vt dixi in.l.precedẽti sed an sint edẽda fisco clarũ est qõ sic si erat causa ciuilis etiã ad fundãdã intẽtionẽ.vt.l.nec quisqꝫ.ff.e.⁊ nisi edanꝫ presumunꝫ subtracta:vt in.l.ñ.§.diuus.de iu.fisci.alle.in gl.pro cõtrario. Sed si erat cã criminalis.in glo.sunt due opi.vna qꝫ sibi nõ edanꝫ si nõ ꝛtẽdit interesse pecuniariũ. Alia est qꝫ imo edanꝫ.tamẽ nõ presumunꝫ subtracta si nõ vult edere. Bar.distinguit aut est talis causa criminalis ĩ qua seruus torqueꝫ ꝫ dñm. Et vera sit prima opi.vt in casu.l.de cõnibus.qz tunc sicut de domo rei põt sumi probatio p seruos eius.ita ⁊ per instrumẽtũ eius. Sed si sit talis in qua serui nõ torquenꝫ cõtra dñm.⁊ tũc secus.arg.ĩ.de testi.in.l.nimis.qz nimis est durũ in cã criali recipere ꝓbationes de domo rei si nõ vult ꝛfiteri cri-
13 mẽ. ¶ †Circa fi.glos.ibi itẽ an ex his.dic in ista ptĩcula Bart. effundit plura v̄ba quã expediat.nã gl.quesiuit de duob⁹ primo an attestationes recepte p me ꝛtra vnũ in vno iudicio ꝓsint mihi ꝫ aliũ in alio iudicio.pone exẽplũ si tenebaris mihi in centũ ⁊ titius promisit mihi omne illud in quo mihi tenebaris nõ specificãdo quãtitatẽ:egi cõtra te ⁊ feci testes examinari qui ꝓbarũt debitũ:⁊ snia fuit lata vel perempta fuit instãtia ago ꝛtra titiũ.nũc ex sua ꝓmissione ⁊ ad probandũ qõ b tenebaris in.c.ꝓduco illas attestationes publicatas:nõ tamẽ facio de nouo examiari testes.qz forte mortui sunt. Tu dicis
c illas tibi nõ nocere.queriꝫ quid iuris. Glo.c tenet pro ista parte qõ nõ faciat plenã ꝓbationẽ:sed aliqualẽ ꝓsumptionez. Intellige hoc verũ si ille nõ fuit citatus in causa agitata cõtra te. Itẽ intellige eo casu quo sentẽtia lata cõtra te nõ facit illi pre c iudiciũ sed si fuit citatus quo casu sentẽtia facit illi ꝑiudiciuz iurta no.per Ly.ĩ.de aduo.diuer.iu.l.j.añ fi.vel etiã non fuit citatus.tñ erat casus in quo snia lata contra te faceret illi pre iudiciũ:vt ĩ casu.l.sepe.ff.de re iu.vel quãdo sentẽtia facit ius vt in casu.l.papi.§.fi.ff.de inof.testa.tũc etiã attestationes preiudiciũ facerẽt per ea que no.p Bar.in.d.l.sepe.q hoc tenet expresse qꝫ cui nocet sentẽtia:nocent etiã acta pro quo bene facit l.antepe.ff.de manumiss.vbi fit ista cõparatio:si aũt non noce-
14 ret sentẽtia:secus per ti.res inter alios acta. ¶ †Secunda questio.glo.est an attestationes recepte cõtra te in vna instãtia et pro me si forte pempta sit instãtia.⁊ ego reincipio nouã instãtiã an ille attestationes fidẽ faciãt in noua instãtia absqz eo qꝫ testes iterũ examinentur. In hoc argu.plenius qꝫ glo.dic qꝫ si attestatiões fuerũt publicate in prima instãtia p iudicẽ ⁊ etiã per notariũ cum signo suo.qz non teneꝫ dare copiam:nisi iudex primo publicauerit:vt dixi in prima glo.tunc fidez faciãt in noua instãtia:nec est necesse testes iterum examinari:etiam si viuant licet si fuissent recepti coram arbitro ⁊ viuerẽt esset in

a ¶ Copiã indiciorũ. Intellige hoc verꝫ de indiciis p batz post ĩgsitionẽ ⁊ negationẽ citata pte sec⁹ de ĩdiciis habitis añ ingsitionẽ formatã ꝑ informatiõe curie.ita Ange.ĩ l.si vacãtia. C. de bo.va.ĩ.l.qõnis ff.de qõni.⁊ fuitõ mẽte bar.ĩ.l. fi.c. ti.et facit rõ qz talia ĩdiciasumpta ꝑ iformatiõe curie ꝓiudicãt pti ñ citate nisi repetanꝫ:vt p Bart.ĩ d.l.fi.⁊ Jo.an.in addi.Spe.ĩ tit.ỏ sen.ĩ fi.⁊ p Ang. in.d.l.si vacãtia⁊ per ꝛñs cũ nõ interfit nõ põt peti editio ita Soc.ħ

b ¶ Copia actorũ. Adde Bal.ĩ.l.fi. ff.de bo.auc.iud. pos.⁊ p Láfranc. in repe.c.qñ contra.de proba.

c ¶ Glo.tenet.hic circa istã materiã vidẽ q pulchre ponit Sely.ĩ.c. cãm. el primo.de pba. col.j.Cur.

BIU Cujas

dectione tua petere qđ iterū examinenť: vt in.l.fi.ſ.de teſt.que nō habet locū in receptis coram iudice. vt ibi no. ⁊ in.l. properandū. circa fi. de iudi. Sed ſi non eſſent publicate fidē non faceret: qz eſſet ſcriptura priuata. vt hec habenť in.l. geſta. ſ. de re iudi. ⁊ in.l.fi. ff. de his que in frau. cred. Sed ſi inſtantia prima in qua fuerūt recepti nō fuit perēpta: qz fuit lata ſententia ⁊ fuit appellatū: tūc licet in cauſa appellationis ſit noua inſtātia tñ fidē facerent etiā nō publicate. Ita eleganter dicit Bal. in.l. prolatā. ante fi. ſ. de ſen. Et idē ſi feciſſet tranſitū ad ſucceſſorē. Nec ob. ei qđ primo dixi in.l. cū lite mortua. ff. iud. ſol. qz licet ſit perempta inſtātia. ⁊ oīs effectus nōdū ſecutus ſed que ſeparatur ſequi vz poſſe peruenire ad ſententiā: qz non poteſt virtute perempte inſtantie: non tñ ſunt perempta acta probatoria: vt atteſtationes confeſſiones etiā tenores inſtrumētoruz in actis redacti que fidē faciunt etiam perempto originali: vt l. chirographis. §. fi. ff. de admi. tut. bis iunctis que no. in. d. l. cum lite. ⁊ ſ. de iudi. l. properandum. §. ⁊ ſi quidem.

2 ☞ In libello nō debet exprimi nomē actionis ⁊ ſi exprimatur ⁊ inepte nō vitiatur libellus ſed ſufficit exprimere cauſam que ſi inepta ſit vitiatur libellus ⁊ quid ſi libellus deficiat in aliis ſolennitatibus.

3 Petitio olim fiebat in voce vel in ſcriptis per ſe vel per aliuz hodie vero debet dari in ſcriptis.
Libellus debet taliter edi vt reus poſſit deliberare an velit cedere vel contendere.

4 Emendatio vnde dicať ⁊ qd ſit ⁊ in quo differat a mutatiōe.

5 Actor an ⁊ quando poſſit emendare libellum. ⁊ nu. 7. ⁊ 8.

6 In particularibus iudicijs nō pōt addi ad rem petitā quātū ad principalem ſed quantum ad actiōes orientes poſt litem conteſtatam poteſt addi ⁊ quid in vniverſalibus.

7 Libellum ineptum vt hic an poſſit iudex ex officio repellere etiam poſt litem conteſtatam ⁊ reo non opponente. ⁊ nu. 8.

8 Libellus in criminali ſi non habet menſem vel annuz eſt nullus ⁊ poteſt a iudice repelli etiam reo non poſtulante.

9 Libellus quando eſt obſcurus debet reus eſſe cautus qđ non petat ipſum declarari ſed opponat exceptionē qđ libellus nō procedit qz obſcurus ⁊ male formatus qz ſi poſtea fiat cōteſtatio non facta declaratione nō valebit proceſſus nec ſententia.

10 Mutatio libelli quid ſit ⁊ an ⁊ quando poſſit fieri.

11 Quid in cumulatione in quo differat a mutatiōe ⁊ an ⁊ quādo poſſit fieri in libello.

12 In eadem accuſatione poteſt quis accuſari de diverſis crimi nibus orientibus ex diverſis factis.
An dicantur diverſe actiones vel libelli vt ſic ſoluanť tot gabelle propter cumulationem.

13 In eodem libello poteſt peti ſors ⁊ vſure conditionaliter et quid in diverſis libellis eodem tempore datis.

14 Dictio prout: quid importet.

15 Si fiat mentio in libello de aliquo inſtrumento debet ante litem conteſtatam exhiberi.

Edita actio. Iſta actio eſt famoſa lex. ⁊ habet materiam longam et hic veniunt tractāda omnia que habētur in.l.j. ff. eo. ⁊ Ly. hic omnia tractauit: ideo aduertēduz, hic

1 bene eſt. † Editio actionis demōſtrat qualitatem future litis. ideo eſt fiēda ante oīa qz per hoc inſtruitur reus an velit cedere vel cōtendere: ⁊ ſi fuit male facta vel formata poteſt emēdari vel mutari ſine preiudicio tamen ipſius rei tam in deliberā do qđ etiam in recuperando expenſas quas fecit ⁊ nō feciſſet ſi editio fuiſſet apte facta qđ iudicis arbitrio relinquiť qui debet in hoc ſequi mentē edicti pretoris facti ſuper hac materia, hoc dicit in effectu iſta. l. famoſa ⁊ vtilis in ſui materia cū ſuppletionibus neceſſarijs. quā Bar. repetijt ⁊ dūtaxat examinauit tres articulos qui tanguť hic in ter. in glo. ſ. de emēdatione libelli. Itē ⁊ de mutatione an ⁊ quando poſſit fieri etiā reo inuito. Itez tertio de cumulatione de qua in ter. nihil habeť. Sed glo. incidēter tangit ⁊ plura de ipſa loquitur. ſed nō pfecte plura alia poſſent hic tāgi que tāgit Ly. hic ⁊ gloſ. in.l.j. ff. eo. in prin. ſ. qualiter debeat cōcipi libellus. ⁊ que ſint neceſſaria ad hoc vt pcedat que facerent aliā repetitionē pro ſe ſatis longam. Bal. aūt mirabiliter volat per aera dicēs qđ vult loq magis vtiliter qđ diſerte ⁊ ſine pompis. Seq ſalua reuerentia do. mei omnia que dicit tēdūt ad pompā. ⁊ tantum ſubtilizat qđ ſeipſuz frāgit vnde adhereas Bar. qui ſubtiliter breuiter ⁊ diſerte procedit ⁊ ſine tedio legentiū ⁊ licet videať loqui clare. ſubtiliter tñ cōſiderando difficultates ⁊ in intelligēdo mēbra ſua etiā in aliquib⁹ loquiť impfecte. Venio ad caſum. ad

2 uerte bene. ¶ † In ter. ibi: edita actio gloſ. exponit. i. actionis editio. Tu poſſes dicere. i. tenor petitionis ſeu libelli. nō enim intelligas nomē actionis ſit exprimendū in libello. vt ſi dicaz mutuaui tibi. c. quare peto ad hoc te cōdemnari ⁊ ad hoc 20
pono certi condictionē ex mutuo: hoc enim vltimū non eſt neceſſariū. lz quidā ꝙ tradixerint per iſtū text. Sed cōmuniter tenet ꝙ primum tam de iure ciuili: vt hic no. Lyn. in. v. qđ. qđ de iure canonico: vt in. c. dilecti. de iudi. ſufficit enim exprimere cauſaz quoniā ex illa apparet que actio ſit intentata. arg. in. l. gallus §. j. ⁊ ibi no. per Bar. ff. de libe. ⁊ poſthu. plus dicit Inn. in. c. examinata. de iudi. qđ ſi exprimatur nomē actionis. qđ tamen non cōueniat cauſe vt ſi diriſſem in mutuo. ⁊ ad hoc propono actionē ex locato non redditur libellus ineptus. ſed illa verba tanđ ſuperflua vitiantur: ſed non vitiāt argu. in. l. que extriſe cus. ff. de verb. obli. ſed ſi proponereť cauſa inepta. vt qz cū deberet proponere cauſam cōmodati ꝓpoſuiſſet cauſam locati tunc libellus eſſet ineptus. ⁊ ſup eo nō poſſet ſeq valida ſnīa. ideo abſolvereť reus ab obſeruatione iudicij reſeruata facultate dādi nouum libellū ⁊ actū. vt in. d. c. examinata. ⁊ l. j. poſt principiū. ff. ſi mē. fal. mo. di. ⁊ idem ſi deficiat libellus in alijs

3 ſubſtātialibus: vt in. l. libelloz. §. qđ ſi libelli. ff. de accu. † fiebat autē olim petitio vel in ſcriptis vel in voce per ſe vel p aliū. vt in. l. j. §. j. ff. eo. hodie vero debet dari in ſcriptis. vt in auť. offerať. ſ. de lit. cōteſta. ¶ In ter. ibi demon. dic qđ ex ea apparet an agať in cōtractu vel quaſi delicto vel quaſi. Itez in actione bone fidei vel ſtricti iuris. Itē an ea que naſciť ſolo ꝓſenſu vł rei interuētu vel verbis qđ eſt neceſſariū qz alia deliberatio cadit in vna quā in altera. ⁊ iſta editio nō fit propter aliud niſi vt reꝰ poſſit deliberare an velit cedere vel cōtēdere: vt. l. j. §. ff.

4 ff. e. ¶ † In ter. ibi emēdari dic. ſ. reformādo ⁊ extra vitiū ponendo nā mēda dz vitiū. ideo emēdatio componiť ab e: qđ eſt extra ⁊ mēda quaſi extra mēdā. Et dū ſubdit mutari ſubaudi variādo qđ fit recedēdo a cauſa prius intētata ⁊ ponēdo aliaz cām vel ab actione prius intētata ⁊ ponēdo aliā alteriꝰ nature etiā ſi oriantť ex eadē cauſa vel recedēdo a re petita ⁊ ponēdo aliam diverſam. ⁊ ſic ſit mutatio in totum. ſed non ſic emēdatio. qz illa eſt potius ſuppletio qđ mutatio. Veniamus ad gl. ¶ Iſta gloſſ. mag. diuidiť in duas partes principales. primo tractat de emēdatione vſqz ibi ſequiť ſecūdo de mutatiōe. Et in prima parte format duas. q. ad quas rñdet vſqz ibi ſed quomodo poſtea format tres oppoſitiones. ⁊ prima concernit rñſionē factā ad primā. Alie due cōcernunt reſpōſionē factaz ad ſecundā. in ſecūdo mēbro qđ tangiť in gloſ. ibi in ſingularibꝰ vſqz ad lit. cōteſt. nō poſt. In glo. ibi nūc plus vel ecōtra doct. dicunt qđ emēdatio cōſiſtit etiā in alijs quatuor. ſ. in declarādo obſcura etiā addendo neceſſario omiſſa in remouēdo ſuperflua. ⁊ hoc reſpectu ſubſtātie. Itē in addendo vel remouendo

5 qualitatem ſubſtantialem. vel non ſubſtantialem. ¶ † In gl. ibi in ſingularibus vſqz ad lit. conteſt. Tu dic qđ ſi emendatio fiat detrahēdo de ſumma vel reꝰpetita ⁊ renūtiādo ei qđ detrahitur pōt fieri qñqz etiā poſt lit. ꝙteſta. qz ſuper illo finiť lis. ⁊ poſſet renūtiādo recedere a toto vt. l. poſtq̄ liti. ſ. de pact. ergo ⁊ a parte. ſ Non tamē ita euitabit actor penā plus petentis: vt ſ. de plus peti. l. j. ⁊ inſti. de act. §. plus. Sed ſi vellet detrahere ⁊ nō renūtiare: ſed differre. tūc nō poſſet nō ſolū poſt lit. ꝙteſt. ſz nec etiā añ. Intelligas tñ libello porrecto. vt ſoluit ibi tert. alias nō procederet qđ hic dz hodie per auť. qui ſemel. ſ. quomodo ⁊ quando iud. ⁊ dicam in ſequen. articu. de mutatione. Sed ſi fiat emēdatio addēdo ad ſummā petitā. tunc poſt li. cōteſt. ideo nō pōt fieri. qz ſuper illo addito lis nō fuit cōteſtata: nec iſta additio trabitur retro: vt fingať ꝙteſtata. ⁊ ſic ſuper ea nō poſſet ferri ſnīa per. l. non pōt videri. ff. de iudi. ſed intētio actoris in emēdatis eſt vt poſſit cōſequi ſnīaz ſuper eo qđ emēdando addidit ante lit. conteſt. ideo pōt fieri qz cōteſtatio que poſtea fiet. cōcernet etiā ſummā additā ⁊ ſic poterit habere intentū: pcedit aūt dicta diſtinctio quādo actor vellet emēdare remanēte eodē libello abſqz eo qđ det libellū ó nouo. qz oporteret ſoluere nouas ſportulas in locis in qb⁹ ſoluunť: ⁊ oporteret facere reū iterum citari. ¶ Ipſe aūt vult qđ pcedať ſuper eodē libello ⁊ qđ nō habeat iterū citare ⁊ qđ reꝰ rñdeat ad libellū ſic formatuz abſqz alia citatiōe vel termino dādo. ſ Reus autem ꝺdicit ⁊ petit ſe abſolui ab illo libello ⁊ cōdēnari actorē in expēſis: certe non auditur in ꝺdictione per hanc. l. poſtq̄ lis non erat conteſt. dūmodo ſalua ſit ſibi noua deliberatio ſi expedit ⁊ refundantur ſibi expenſe quas non feciſſet ſi libellꝰ fuiſſet a principio bene formatus qđ totum relinquiť arbitrio iudicis: ſed ſi actor vellet dare nouū libellū ⁊ reū abſolui a p̄

6 mo nō eſſet dubiū qđ etiā poſt li. conteſt. hoc fieri poſſet. † Dō aūt dixi in particularibus iudicijs poſt li. cōteſt. nō poſſe addi ad rē petitā: verū eſt quātū ad principalē: ſed qđtū ad actiones orietes poſt lit. cōteſt. pōt addi. qz etiā ſi non adderenť venirēt in officio iudicis mercenario ⁊ in eis poſſet fieri cōdemnatio. vt. l. ediles. §. itē ſciēdū. ff. de edi. edic. Itē qđ gl. ſ. diriti

vniverſali

vniuersali posse adde post lit.cõtest. Intelligo non ad id qõ principaliter petit: sz ad aliud qõ in illo includebat. vt si petij a te hereditatẽ. i. me õclarari heredẽ. ⁊ hereditatẽ talis ad me pertinere ⁊ 2dẽnari ad restitutionẽ rex quas possidebat ⁊ aliquas expressi. nam post lit.conte. possum alias exprimere: qñ etiã si exprimerẽ lata p me sñia posset fieri executio etiã in nõ exꝑssis. ⁊ etiã si post lit. 2te. vel post sñiam incepisset eas possidere: vt in.l.iiij.ff.de peti.herẽ. Mã iste res nõ fuerũt petite: sz ipsa vniuersitas que est potius iuris q̃ facti. ⁊ etiaz dicit sine aliquo corpore. vt in.l. hereditas. õ peti.here. Sed si petijssem dimidiã partẽ hereditatis ⁊ post lit.cõtest. vellem addere alterã dimidiã nõ possem: qz adderẽ ad rẽ petitã. ⁊ sic esset idẽ qõ in particularibus. licet doc. nõ tangãt hic sed est ipsa veritas.

7 ¶Quid aũt de aliꝭ modis in quib⁹ 2sistit emẽdatio q̃ nõ tãgunt hic p glo. an post lit.cõte. possint fieri. vide hic per Bar. qui distiguit q̃ aut fit addendo ad substãtialia sine quibus libellus nõ poterat ꝓcedere. vt est libellus criminalis sine mẽse vel anno cõmissi delicti vel libellus in ciuili sine apta 2clusione: vt si peto te cõdẽnari. qz rex est in Frãcia. naz isti libelli sunt inepti ⁊ reo etiã ñ opponẽte iudex ex officio posset repellere etiã post lit.cõte. iuxta no. in.l.j.ff.de offi.assess. Et tunc dicit ipse q̃ ante lit.cõtesta. posset fieri ista emẽdatio. ita demuz si tpa largiant. i. tps accusandi vel agendi: sed si esset lapsum tũc sicut nõ posset nouũ libellũ dare. ita nec veterẽ reformare. qz reputat nouus ratione reformationis. ar.l.ius ciuile.ff.de iust. ⁊ iur. ⁊ ibi no. per doc. Et alleg. pro hoc casuz in.l. accusaturus.ff.de adul. Sed si lis est contest. non tangit ipse an possit fieri posito q̃ tpa largiantur ⁊ est dicendũ q̃ nõ si vult qõ ꝓcedat rõne veteris libelli reformati qz 2testatio fuit nulla. ⁊ sic erat nullus libellus. ⁊ sic ex eo non posset sequi sententia.

8 ¶Sed dñs Raph. reprehẽdit Bar. primo in quãtũ loquit de libello in criminali q̃ sit nullus si nõ bz mensez vel annũ etiã parte tacẽte: nam in Frium videtur glo. in.l. libelloruz. §. qõ si libelli. ff.de accu. que dicit q̃ tũc nomẽ rei aboletur postulãte reo ⁊ est casus. §. fi. eiusdẽ. l. ergo requiritur allegatio partis. Sed tu dic qõ hoc nõ obstat: nã fateor qõ reus nõ dz absolui nisi postulet tamẽ iudex etiã eo nõ postulãte põt libellũ reiscere. ⁊ istud cõsiderauit Bar. Itẽ dñ dicit Bar. nõ procedere libellum in ciuili si nõ cõtinet iustam causam: ipse etiã reprehendit nã etiã si nullã 2tineret ꝓcederet reo nõ opponẽte. vt in.l. fi.j.de anna.excep. Sed tu dic aliud esse quãdo nullam 2tinet qz potest actor in processu litis declarare cãm aptã. ⁊ super illa facere ꝓbatiões. sz si a principio exprimit ineptam. vt dico te mihi teneri in.c. qz rex est in Frãcia nõ põt post lit.cõte. alia cã apta specificari. ⁊ ideo etiã reo nõ opponẽte ab ipso principio põt iudex repellere libellũ. ⁊ istum respectũ habuit Bar. quẽ do. Raph. indebite reprehendit. Si vero fiat emendatio declarãdo tũc aut obscuritas nõ vitiabit libellũ ꝓte nõ opponẽte. vt si dico te mihi obnoxiũ in.c. vel obligatum ⁊ non dico ex qua causa quare peto te cõdemnari nam procedit libellus parte nõ opponẽte. vt.d.l. fi.j.de anna.excep. ⁊ tũc etiã post lit. contest. põt declarari causa ⁊ super illa fiãt ꝓbationes. Sed si pars opposuisset tũc fuisset necessaria declaratio a ꝓncipio. ⁊ ea nõ facta nõ valeret 2testatio tanq̃ super libello nullo q̃ intelligo qñ reus contestaret salua excep. obscuritatis per eum proposita: alias videret illi renũtiasse. ⁊ tũc post lit.cõtesta. nõ posset fieri declaratio: vt posset seq sñia virtute cõtestationis

9 precedẽtis nulle. ⁊ non valeret. ¶Ideo dicit Spe. [a] in tit.de libel.cõcep. §. fi. ver. caut⁹. in pe.colũ. q̃ qñ libellus est obscurus reus debet esse cautus qõ nõ petat ipsum declarari. qz ĩstrueret aduersariũ vt faciat libellũ valere. sed opponat excep. qõ libellus nõ procedit qz obscurus ⁊ male formatus. ita hodie faciunt ꝓcuratores: nã si postea fiat 2testatio non facta declaratione nõ valebit ꝓcessus nec sñia. Sed Cy. in simili in.l.j. ĩ. vt que desunt aduo. par. reprehẽdit tales ita malitiose ꝓcedẽtes sed dicit qõ reportat gloriã in hoc mũdo. sed in alio penã eternã. Cetera circa istũ articulũ declarationis. dic vt ibi p Bart.

¶In glo. ibi cũ vna de cõcomitãtijs. Tu dic melius ⁊ clariꝰ q̃ hic nõ sumit actio stricto modo prout sumit insti. de act. in ꝓin. sed sumit pro toto tenore libelli. vt dixi sup tex. Et nõ est dubiũ qõ si addit vl detrahit rei vel quãtitati ꝓdicte õr mutari tenor libelli ⁊ sic actio. ¶In glo. ibi nõ mutat actio vel res dic qz in. §. fi. detracta. petit quãtitas dãni p ac.l.aq̃lie. nõ aũt petit seruus q̃ dãnũ dedit cũ ille nõ sit in obligatione. sz solũ in facultate tradẽdi pro noxa. Si ergo addit vel detrahit ꝓpter qõ deb aut auferat dicta facultas puta sciẽtia vel ignorãtia dñi nihil addit vel detrahit de re petita nec de actione intẽtata. sed dũtaxat de q̃litate. Ideo põt fieri post litẽ contesta. sed si qualitas q̃ adderet vel detraberet imutaret factum vel etiã act. nõ posset addi talis qualitas post lit.conte. quãtũ ad hoc vt virtute eiusdẽ libelli ⁊ contestationis posset ferri sñia super facto vel act. de nouo eductis super quibus 2testatio nõ est facta. vel si ponerẽ aliud tps cõmissi maleficij vel celebrati cõtractus vel alius locus. qz cũ sint actus reiterabiles ex diuersitate locoꝝ vel tẽporũ diuersificat substantia. vt not. in.l. panthonius. §. rei. ff.de acqui.her. ⁊ p Bar. in.l. denũciasse. §. qui tñ. de adul. ¶† In prima parte glo. ibi sequitur de mutatiõe. dic qõ mutatio dicit qñ remouet causa vetus ⁊ ponitur noua. vt si petij librum ex causa depositi volo remouere illud verbũ õpositi ⁊ ponere cõmodati qz testes dicũt mihi qõ fuit cõmodatũ. ⁊ si ponerẽ de cõmodato succũberem in primo libello iuxta no. per Inno. in.c.j.de lit.cõtest. Itẽ dicit mutatio quãdo recedo a veteri actione. ⁊ pono nouam: vt si narraui q̃ mihi dedisti damnũ in vinea. ⁊ peto te cõdẽnari ad interesse ⁊ sic propono acti. l. aquilie. postea volo dicere q̃ dedisti damnum incidẽdo vites ⁊ petere te cõdẽnari ad duplum. ⁊ sic recedo ab act. l. aquilie. ⁊ transeo ad act. arb. fur. ces. vel quãdo nec a causa. nec ab act. recedo sed a re. vt qz petij codicem ex causa cõmodati nunc volo remouere. C. ⁊ ponere. ff. vt insti. de act. §. si qs aliud. ⁊ dicit glo. q̃ ista mutatio in dictis casibus nõ põt fieri post lit. 2test. Et hoc est clarũ in eodẽ libello. sed si vellem dare libellũ de nouo sine dubio possem de iure isto. sed añ lit. cõtest. bene posset fieri iure isto per hãc.l. vbi vt virtute eiusdẽ libelli deb sñia in causa. ⁊ in act. vel re nouiter deducta: qz super eis cõtestabit lis. hodie vero p aut. qui semel. ĩ. qũo ⁊ quã. iud. etiã ante lit.cõtest. si reus fuit citatus non põt fieri mutatio ista: sed cogitur actor pseuerare in veteri quousq̃z per sentẽtiã diffinitiuã lis sup illa sit finita vt sic reus sup illa nõ possit amplius molestari. Et hoc vult gl. ĩ. in ver. qõ dixi: ⁊ sic hodie corrigit hec lex quãtũ ad mutationẽ: nõ quantũ ad emendationẽ in qua non receditur a veteri: sed alij dicũt q̃ imo nõ corrigit quia illa aut. loquit in deferẽte: non autẽ in mutante. Bar. ponit vnam distinctionẽ cõfusam. veritas est ista in paucis vbis: qõ aut actor vult mutare recedẽdo a veteri causa act. vel re: ⁊ ei penitus renuntiãdo. Et tũc hoc põt fieri: qz per hoc lis finit super illis. ⁊ reus nõ posset per diffinitiuã sententiã plus cõsequi quã cõsequat per istã renũtiationez per.l. postq̃ liti. ĩ. de pac. vnde nõ interest sua petere qõ sup ea ꝓcedat. Sz si vellet recedere a pristina. ⁊ ei nõ renuntiare ex todo tunc verdicit glos. qz reus nõ est securus. posito em̃ q̃ actor loco prime ponat nouam cãm vel act. vel rem si in illa noua succumberet posset ad veterẽ redire. Et sic interest rei. vt super oia verba remaneãt clara. ⁊ Bar. per multa verba potius obfuscat q̃ de-

11 claret. ¶† In gl. ibi sz cumulatio dic cumulatio differt a mutatione qz in cumulatione nõ recedit a veteri. sed alia sibi adiungit ⁊ vult glo. qõ cumulatio possit fieri post lit.cõtest. q̃ intellige sane in diuerso libello. ⁊ sic erũt diuersa iudicia. ⁊ diuerse cõtestatiões. Certe etiã mutatio posset fieri in diuerso libello. vt. s. dixi. Si aũt quatuor species cumulationũ interdũ cumulant diuerse actiões ex diuersis causis oriẽtes ad res diuersas. Et sic sunt tres diuersitates causaꝝ actionũ ⁊ rerũ. Interdũ plures actiões ex eadẽ cã oriẽtes ad res diuersas: ⁊ sic sunt due tantũ. Interdũ plures actiones ex eadẽ causa oriẽtes ad eandẽ rem. ⁊ sic est vna tãtũ diuersitas. Interdũ plures actiones ex diuersis causis oriẽtes similiter ad eandẽ. ⁊ sic sunt due simul in scõa. ⁊ in oĩb⁹ istis breuiter recolligẽdo ex dictis doc. in scõo ⁊ tertio genere. vbi est idẽtitas cause. etiã si sit diuersitas rerũ nõ admittit cumulatio. qz subest vna regula prohibitiua. Sed in ꝓmo ⁊ vltimo gñe vbi est diuersitas causarũ: ẽt si sit idẽtitas rei põt admitti cumulatio si est dare cãm in quo nulla subsit regula impeditiua. Sed in p̃cedẽtib⁹ duob⁹ semper subest vna que bz impedire q̃ nõ est in istis duab⁹. Sunt aũt due regule impeditiue ꝑm glo. ¶Prima est qñcũq; duo iudicia vel cause sic se habẽt qõ sententia absolutoria lata in prima intẽtata parit vel parere põt excep. rei iud. in scõa nõ põt cumulari cũ prima: sed dz expectari q̃ prima finiat. Et si dabit absolutoria nõ intẽtabitur secũda si condẽnatoria poterit ĩtẽtari. ⁊ hic est casus in.l. fundi. ⁊ l. fundũ. ff.de excep. que melius probant q̃. ll. allegate in glo. Scõa regula est qñ sic se habent plures actiones q̃ electione tollunt: vt. l. qõ i heredez. §. eligere. de tribu. qz tũc vna electa altera extinguit. ⁊ quecunq; sñia sequat nõ reuiuiscit. ⁊ etiã ponit exemplũ per.l. fi. ĩ. de codi. Addit tertia regula per Cy. qñ sunt actiones contrarie in origine: nam tũc nõ põt nasci nisi vna. ⁊ sic nõ habet locum ꝓcedẽs regula q̃ electione tollant qz electio nõ cadit nisi inter plura. ꝓhibet ergo cumulatio per hãc tertiã: qz nõ est possibile qõ simul 2petãt ergo nec possunt simul cumulari. Addunt ⁊ tres alie per Bar. sz qñ vna est maior altera vt ciuilis ⁊ criminalis per.l. per minorez. ff.de iud. ⁊ l.j. ĩ. qñ ciui. actio. ⁊. ff. de pub. iud. l. interdũ. Itẽ qñ est inter eas ordo vt petitoriũ et

a ¶Jõ dicit spec. Add ant. õ bu. ĩ. c. fi. de lib. obl. ⁊ eũdẽ Pau. de ca. ⁊ ibi Aler. õ imo. ĩ. l.j. ff. e. ti. ĩpn. Frãc. Cur.

BIU Cujas

possessoriū retinēde q̄ nō pñt simul cumulari.sz est ordo vt cā possessorij p̄cedat.ff.de acq.pos.l.exitus 2trouersie.ꝛ de iud.l. si de vi.ꝛ.j.de iterd.l.incerti. Jtē vltia ꝛ ista est de farina Bar. p ipz iūcta ꝛ p nullū aliū q̄ duo iudicia sic se bñt q̄ lata sñia cōdēnatoria in prima ꝛ facta executiōe obstat exceptio i altera nō pñt simul cumulari: vt l.j.in fi.ff.si fa.fur.fe.di. Pone exemplū si debeꝛ mihi vna res ex diuersis causis lucratiuis a diuersis personis vel ab eadē. Iam si cōsequor eā: ex vna extinguit altera per.l.oēs.ff.de act.ꝛ obli. Secus si ex vna lucratiua ꝛ ex altera onerosa. vel si vtraq; erat onerosa.ꝛ ideo in p̄io genere cumulationis licet Dy.dicat q̄ nunq̄ admittit. Bar.dicit q̄ imo admittitur q̄n lata sñia ex vna:ꝛ facta executio adhuc superesset altera: q̄m habent effectum solide exactiōis. Sed si altera extingueret secus per.d.l.j.in fi.licet Dyn.dicat p̄iū quē ipse reprehendit. Ex quibus sunt expedita tria genera cumulationis. solū restat primū in quo dic q̄ cōcurrētibus tribus ſ. q̄ diuerse actiones oriētes ex diuersis causis ad res diuersas se inuicē nō cōtingunt: q̄ vtraq; est eque principalis. et altera ab altera nō dependet. Jtē q̄ vna no sit maior altera. q̄ sunt ambe ciuiles.ꝛ q̄ inter eas nō sit ordo q̄ nō sit petitorium ꝛ possessorium. his cōcurrentibus admittit cumulatio ꝛ isto casu debet intelligi ista glo. Et si lis erat cōtestata in prima requirit nouus libel. us vt dixi. Si non erat cōtestata. tūc si sunt similes actiones. puta plures actiōes fami. ercis. sup diuersis hereditatibus. vel plures actiones p socio sup diuersis societatibus.ꝛ tunc pōt ꝛ dz fieri cumulatio i eodē libello ꝛ nō in diuersis vt sic sit vnū iudiciū non diuersa p.l.heres. §. de pluribus.ff.fa.erc.ꝛ per.l.actiones. §. si plures. pro socio.ꝛ per.l.nō est nouū. de act.emp. Sed si sunt actiones dissimiles: tunc pōt fieri cumulatio in diuersis libellis. nō in eodē vm Bart. Sed tu dic q̄ in eodē per tex.cū gl.in.c.querela. de elec.ꝛ tot dicent libelli quot cause.ꝛ ideo pro tot soluetur gabella si venit solue da. secus in cā p̄cedēti. q̄ nō cēsebit esse nisi vnus ꝓpter cōformitatē.ꝛ vna tñ gabella soluet. Sed si aliquid p̄dictorū triuz deficeret nō admitteret cumulatio q̄ semp ibi esset vna regula impeditiua. Et q̄ in eodē libello possint cumulari plures actiōes ex diuersis causis ad diuersa etiā si nō sint vniformes ꝛ eiusdē generis est tex.in.l.si idē cū eodē.ff.de iur.om.iud. nā illa.l.nō haberet dubiū si loqueret i diuersis libellis. Jtē p̄z per iura que volūt q̄ petitorū ꝛ possessorium recuperādi vel adipiscēde possint simul intētari in eodē libello: vt in.c.cuz ecclesia.de cau.pos.ꝛ prop.ꝛ.c.pastoralis. ¶ Jtē q̄ in eadē accusatione pōt qs accusari de diuersis criminibus[a] orientib⁹ ex diuersis factis: vt no.j.de accu.l.qui de crimine in gl.sup ver. ab alio.ꝛ in.l.libellor.sed si per aliud.ff. de accu.ꝛ ibi vide p Bar. an dicant diuerse actiōes vel libelli: vt sic diuerse soluātur gabelle ad qō facit.l.j.§.fi plura. ad tur. Sed opp. ō p̄maz regulā. de.l.fundi.ꝛ.l.fundū.ff.de exce.ꝛ.l.sed si ante. eo.ti. sec⁹ q̄n sunt duo iudicia inuicē dependētia. q̄ vnum est sup p̄ncipale puta dñio rei. aliud sup seruitute illi debita vt sup fructibus inde perceptis vel sup diuisione si primo est intētatum principale sup dñio nō pōt intētari dependēs vel accessorium quousq; primū sit finitū duplici ratiōe prima q̄ absolutoria lata in p̄io qualitercūq;: siue q̄ actor nō sit dñs. siue q̄ non probauit dñium parit exceptio. rei iudicate in secundo. Alia est q̄ cōdemnatoria que ferret in secūdo faceret p̄iudiciū reo in primo. q̄ non pronuntiet pro actore in secūdo ante q̄ expediatur resultaret pro eo p̄sumptio q̄ esset dñs ꝛ per minorē causam non debet fieri p̄iudiciū maiori: vt.l.per minorem.ff.de iudi. Et si postea sequeret absolutoria in prima detegeret iniquitas sentētie late sup secūda. ideo ne inducat ꝓplexitas dz expectari q̄ prima finiat. sz si primo esset i iudicium deducta causa accessoria posset illa pēdēte deduci principalis: q̄ cessant rōnes de quibus. §. imo ista secunda faceret supersederi in prima tanq̄ p̄iudicialis ad eaz: ꝛ ita loquit in.l.sed si ante. ¶ Ultimo adhuc op.de.§. sz neq; in aut.de fideiuss. vbi in eodem libello possum intetare personalez actionem ꝛ hypothecariam. ꝛ tamē inuicem dependēt ꝛ absolutoria lata in psonali pareret excep. rei iudicate i hypothecaria sicut ꝛ pactū de nō petēdo. vt in.l.solutur. §.j.ff.qui.mo.pig. vel hypo.sol. dixit Dy. q̄ illa regula q̄ nō admittitur cumulatio q̄n absolutoria lata in primo pareret excep. in scdo locū habet q̄n ex postfacto vellet quis cum prima cumulare scdaz ꝛ ita intelligit illam.l.fundi.ꝛ illam.l.fundū. Secus si a p̄ncipio simul ꝛ semel Bar. reprehēdit mordaciter. dicēs q̄ est cōtra casum illarū. ll. que i hoc nō faciunt vim. Et ad alium. §. dat aliā respōsionē eundo p medicata suffragia q̄ ibi est speciale. sz si opi. Bar. est vera q̄ nō procedit practica que vbicūq; seruatur q̄ in eodē libello petit res cū fructibus p̄ceptis. quā practicā Dy. dicit p̄cedere in.l.cū propria. j. fi quis al. vel sibi.

Jdeo dico q̄ Dy. dicit ipsam veritatē: limitādo tñ dictū eius dū dicit simul vel diuersis tēporib⁹. nā intelligo simul. i. eodez libello ꝛ diuersis tpibus. i. diuersis libellis: nā dico q̄ in eodē libello ista iudicia possunt cumulari cū modo. Et hoc est p̄z q̄ addo ad Dy. Scōm accessoriū cumulet cōditionaliter si apparebit actorē habere ius in primo. Et ad hoc allego glosſ. ordi. ff. de inof. testa. l. q̄ de inofficioso. in fi. mag. glosſ. q̄ dicit querelā inofficiosi.ꝛ peti. here. simul posse intētari. Et tñ secūda dependet a p̄ma dū tñ cōditionaliter: vt ibi dicit gl. Jtē allego Lyn.
13 in.l.j.j.de iudi. ¶ q̄ dicit i eodē libello posse peti sortē ꝛ vsuras cōditionaliter tñ. Szi diuersis libellis an pñt cumulari etiaz eodē tpe datis. q̄ tūc duo essent futura iudicia ꝛ īstātie sed in pñtiqnū iudiciū tm. Et rō quare libell⁹ sup accessorio nō p̄cedit vel fuit itētatū pure.ꝛ reperit p regulā q̄ absolutoria lata in altero p̄ncipali pareret excep. in hoc accessorio. Aliut fuit illud accessoriū deductū cōditionaliter.ꝛ non p̄cedit libellus. q̄ fundat ex toto sup futuro p.l.nō quēadmodū. ff. de iudi. Sed q̄n in eodē libello tūc non fundat ex toto sup futuro. q̄ ibi ꝗti neꝛ etiā principale q̄ deducit pure rōne cuius p̄cedit sup accessorio: sz ꝗditionali sicut in simili in annuo debito: q̄ sicut debeꝛ de pñti pōt illud peti ꝛ in occasione ipsius pōt peti etiā sup futuro tpe fieri cōdemnationē non sic si nihil deberet de pñti: vt no. in.d.l.nō quēad.ꝛ in.l.j.j.de sen.q̄ sine cer.quā.ꝛ hec est ipa veritas. qua tñ nō reperio ab aliquo tactā vel visam.ꝛ oia re-
14 manet clara. ¶ Vltimo ō natura istius dictionis put[b] de q̄
b tex. vide oīno q̄ no. Bar. in extrauag. ad reprimēdū sup ver.
15 prout.ꝛ ad.q.quā Bar. hic formal. ¶ Si in libello fiat metio ō alicuius instro ante lit. cōte. debeat exhiberi: vide oīno q̄ not. Spe. in ti. de instru. edi. §. nūc dicam⁹: v. qd si qs in libello ꝛc.

2 ¶ Actor non debet sumere arma de domo rei ꝛ ipsum reuz cum suis armis offendere.
Si reus recolligit instrm de sua pecunia a notario lz in eo ꝗti neat ⁊ctr⁹ cōiter fact⁹ iter ipm ꝛ actorē nō tñ illō est cōe lz p̄prīū ipsi⁹ rei lz ꝓtocollum notarij est cōe rōne cōtentoꝝ in eo.
3 Si reus producat illud instrumentū pro se tenetur facere copiam actori sine die ꝛ consule non autem dare originale.
Reus si absolvitur diffinitiue a petitione actoris: nō poterit actor amplius agere etiam si postea superueniant probationes secus quando absolvitur ab obseruatione iudicij.
4 Casus in quibus nō absolvitur reus simpliciter vel indistincte licet actor non probauerit. remis.

1 ¶ Accusari ō diuersis crimib⁹. Addō gl. i. c. latoꝛ. ij. q. vij. ꝛ i. c. placuit. iij. q. r.
b ¶ Dictiōis put. Adde doct. i. c. put. de do. ꝛ cō tu. Frā. pau. in tractatu de potest ate. c. sed. va. i tertio p̄ludio. ſ vltima col.

1 **Accusare.** ¶ Reus nō tenetur edere actori p̄pria instra ad intētionē actoris fundādā. b. d. Sed econuerso actor teneꝛ edere reo ad fundandā exceptionē: vt in d nab⁹. ll. seq.ꝛ ita soluit impator Zrietatē q̄ vī esse inter istā ꝛ illas. j. e. l. fi. Et p hoc sunt expedite iste tres. ll.ꝛ eadē rōne re⁹ teneret edere actori ad fundādā replicationē suā. q̄ actor i re-
2 plicādo hī p reo.ꝛ pbat in.l.pe. §. fi. ff. ad.l.fal. ¶ ¶ In tex. ibi alienoꝝ: dic nā si re⁹ recolligit istrm de sua pecunia a notario lz in eo ꝗtineat ⁊tract⁹ cōiter fact⁹ iter ipm ꝛ actorē. nō tñ illō est cōmune: sed p̄prīū ipsius rei: vt no. Jnn. in. c. j. de proba. et Spe. in ti. de īstru. edi. §. videdū. ver. ex p̄missis. ideo nō teneꝛ edere. q̄ actor nō dz sumere arma ex domo rei ꝛ ipm reū cum suis armis offendere. ar. in. l. nimis. j. de test. Sed protocollum notarij bene est cōe.ꝛ nō dico rōne dñij. q̄ dñium est ipsi⁹ notarij: sz rōne ꝗtētorū in eo. q̄ de vtriusq; mādato scripsit. ideo
maior. §. accusasse. de bo. li. & l. in seruitute. §. petisse. q̃ miti⁹ agit cum lege q̃ cum bõe. verbũ ergo petere prolatus ab homine in cõtractib⁹ verificat lit. cõtest. sed prolatũ a. l. nõ: sed in perseuerantia vsq; ad sententiã: vt no. Bar. in. l. si libertus. de bo. libe. Bal. videtur tenere cum Pet. & Ly. quia ille. ll. quas allegat Bar. loquunt cum quis petijt vel accusauit coram iudice competente: & sic poterit expectari sentẽtia de iure valida ferenda ab eo. vnde sufficit q̃ peniteat ante sentẽtiã ad euitãdum penam legalem. hic loquitur quando coã iudice incompetente a quo non sperabat ferri sententia valida: vt. j. si a nõ cõpetenti iudi. per totum. ideo non debet expectare sententiã nec permitti penitẽtia vsq; ad sententiã: sed ex sola vocatione facta de facto cũ cõparitione: & sic cũ conuersatione cõmissa est pena irreuocabiliter: & vere Bal. subtiliter cogitauit ꝙ Bar. benignius & verius: & sua opi. potius deberet seruari plus de
§ equitate q̃ de iuris rigore. †Tertio querit an per rescriptum principis possit quis trahere reum ad extraordinarium iudicem. glo. dicit q̃ non per aut. qua in prouincia. in prin. in ti. ff. & sic corrigit. l. ff. §. de dila. hoc potest procedere nisi ordinari⁹ esset negligẽs vel in rescripto contineret clausula nõ obstante quacũq; lege contrarium disponente: vt in aut. differẽtes iudi. §. j. & de man. prin. §. fi tibi. fm Ly. q̃ imperator non censetur sibi legem imposuisse. de iure vero canonico papa quotidie delegat causas pertinẽtes ad iurisdictionem episcopor̃ non deuolutas ad eum sine negligentia & sine clausula nõ obstante: & hodie debet seruari. c. statutum. de rescrip. li. vj. q̃ aut habẽt domiciliũ in eodẽ loco: & tũc nõ debẽt extra domiciliũ trahere aut in diuersis locis tunc reus nõ dz trahi vltra vnã
6 dietam a loco domicilij dicit ibi & aliter iura canonica disponebant prout in. c. nonnulli. de rescrip. C †Quarto querit an requirat sententia iudicis: vt actor vel reus patiatur istas penas an sufficiat sententia huius. l. glo. tenet primaz partẽ per text. qui dicit priuetur alꝫ multetur: & sic in futurũ. nõ autem multatus sit. Idem not. per glo. §. de sac. san. eccle. l. iubemus. §. economus. que incipit pro suia. adde q̃ si diceret mox priuetur vel multetur. ista dictio mox facit vt non requiratur alia sententia iudicis: vt no. gl. in aut. de ince. nup. §. j. vbi est bona glo. & per Bart. de isto articulo in. l. imperator. ff. de iur. fisc. & in aut. qui semel. quomodo & quando iudex. & aduerte: q̃ in actore requiritur sentẽtia priuatiua sed in eo q̃ habeatur p confesso sufficit sentẽtia declaratiua anteq̃ nõ noceret dispositio legalis nec transiuerit ista pena contra heredem: vt. l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fi. & ibi per Bar. in. l. fi. §. sinaũt reus. §. de iur. cal. & pro ista glos. facit fm Ly. l. qcũq;. in fi. §. de bere. j. de pena iud. qui male iudica. aut. nouo iure. cũ ibi no. & etiaz q̃ in penis mitior pars est eligẽda. l. interpretatione. ff. de penis. C †Quinto queritur de practica huius. l. glos. dicit q̃ est
7 practica q̃ reus tractus coram iudice incõpetenti patiatur se condemnari: & postea agat condictione sine causa vel cõdic. ex ista. l. vt absoluatur ab illa condẽnatione & liberetur ab actore per sententiã iudicis: vel q̃ nõ patiatur se condẽnari: sed in calculo ferende sentẽtie petat se absolui ex illo q̃ actor debet cadere a iure suo: & sic priuabitur actor: & reus absolui⁹ in quantũ glo. dicit condi. sine causa. non bene dicit: quia nõ est sine causa apud actorem anteq̃ sit priuatus per sententiã. Itẽ si expectat cõdemnationem debet agere condi. ex hac. l. coram iudice actoris coram quo ipse actor põt conueniri non coram iudice coram quo fuit conuentus si non erat iudex actoris: ꝙ quando non expectauit cõdemnationem potest petere se absolui coram illo eodez iudice qui licet sit incompetens nec habeat iurisdictionẽ inter partes: inter hoc tñ sicut ille qui pnũtiat se iudicẽ incõpetentẽ põt nihilominus cõdẽnare partẽ in expẽsis: & in hoc dicit cõpetens: vt in cle. j. de rescrip. & not. per Ly. in. l. pperandũ. §. illo. §. de iudi. Item intellige istã glos. verã quando non fuit prorogata iurisdictio illius iudicis: q̃ ignoranter litigauit coram eo credens eum esse cõpetentez: vt in. l. si per errorem. ff. eo. vel scienter & protestatus est de incõpetẽtia: & iudex nihilominus cõpulit ipsum ad litigãdũ: vt. l. ij. ff. de iud. in prin. ibi dum dicit viribus preture compulsus &c. si vero prorogata est iurisdictio: q̃ scienter litigauit: & sine pte stationẽ nõ habet locum ista lex: q̃ non esset iudex incõpetẽs nec vetitum eramẽ propter prorogationẽ: vt in. l. j. §. eod. Sed pone q̃ opponit exceptionẽ incõpetẽtie: & iudex pronũtiauit se cõpetente. Nũ deo q̃ potuit appellare ab illa pronũtiatione etiam de iure ciuili. vt no. in aut. habita ne filius pro pat. j. per glo. & si non appellauit videtur acquiescere. & talis pnuntiatio facit ipsum iudicẽ cõpetentẽ per ea que not. Juno. in. c. cum super literis. de rescrip. & Bar. expresse in. l. ij. ff. si quis ius voc. nõ ierit. hic videt Bar. dicere q̃ licet faciat ipsum cõpetentẽ in causa de qua cognouit nihilominus poterit agi ad penã huius. l. & in illo iudicio poterit probari de incõpetẽtia & q̃ illa pronuntiatio fuerit male facta: ꝙ salua pace illud nõ est verum: q̃ illa pronũtiatio etiã si fuerit iniusta facit ius in causa pene: vt. l. qui rome. §. duo fratres. & ibi per eundẽ Bar. ff. de ver. obli. Si aũt pronuntiet se nõ esse iudicẽ competentez & sic vlterius nõ põt procedere: vt in. c. significãtibus. de of. de leg. vtrũ tunc poterit agi ad penã. videt q̃ non: q̃ iniuria nõ habuit effectuz: vt. l. j. §. qõ quisq; iuris. contrarium sentit hic Bar. q̃ eoipso qõ fuit vocatus: & cõparuit delictum fuit consummatũ per istũ tex. dũ dicit vocauit. nec obstat q̃ ipse Bar. §. tenuit qõ potest penitere vsq; ad sniam: q̃ isto casu pronuntiatio erit illa sententia que impedit deceterο penitentiã fieri ex quo non potest ad vlteriora procedere: sed si procederet vlterius tunc procederet illud qõ. §. ipse notauit qõ vsq; ad sen-
8 tentiam diffinitiuã possit penitere. C †Ultimo contra istam l. oppo. extra glo. de eo qõ dixi. §. de iudi. l. nulli. qõ speciale est in casu. l. j. in fi. §. de asser. can. q̃ actor incurrat istam penã priuationis regulariter contra per ea que no. in. c. ex tenore. de rescrip. sed illa. l. debet intelligi quando iudex coã quo fuit tractus erat prorsus incõpetens. & hoc vult glos. iij. que incipit. i. alieno prorsus siue non prorsus: vt q̃ poteram conuenire reũ coram duobus iudicib⁹: & sic electio iudicis ad me pertinebat vt. j. eo. l. fi. & §. j. vbi in rem act. l. fi. & incepi agere coã vno: postea recedo ab illo & trãseo ad secũdum tunc loquuntur ea que notaui in illa. l. nulli. tene menti. Et circa materiam huius l. vide. xj. q. j. c. inolita. & c. placuit. & de fo. compe. si diligẽti. in glo. que incipit: sed nunquid.

1 **Magisterie.** †Magister militum põt cognoscere summarie inter milites suos & etiam inter non militẽ & militẽ ab illo conuentũ. h. d. Et hoc in ciuilibus: in criminalib⁹ a aũt dic vt in glo. C In tex. ibi: audiendi. subaudi. & dicendi. C In text. ibi nisi a suo iudice. subaudi q̃si peteret se remitti ad illũ sicut in scholari cõuento coã ptãte qui põt petere se remitti ad rectorẽ: alias videt ab ipso ptãte posse condẽnari: q̃ b
a milites censent sortiri forũ in loco vbi merent stipẽdia: a vt. ff. ad muni. l. municipes. §. fi. & idem in doctoribus salariatis q etiam dicuntur militare: & ibi no. C In fi. l. ibi: nec si in culpa fuerit. Bal. no. istum tex. q̃ etiam si delictum sit notorium iudex incompetens non debet se impedire.

2 Licet aliqs desierit esse mercator pro his tamẽ que gessit tempore quo erat põt cõueniri coram ꝙsulibus mercatorum. Quid in his que non pertinẽt ad artem mercantie etiam tempore quo quis est mercator.

3 Prepositi collegiorum vel artium habent iurisdictionẽ. & an possint facere statuta.

4 Si aliquis miles esset de arte mercantie: non potest ratiõe militie declinare iurisdictionem consulum mercantie. Quod idem sit in clerico mercatore.

5 Quod tales artifices habentes consules illius artis non sint exempti a iurisdictione potestatis.

6 Quando quis subest pluribus iudicibus actor habet eligere coram quo ipsum conueniat.

7 Scholares an dicantur facere vniuersitatem approbatam.

1 **Per iniquum.** †Qui sunt de aliquo collegio approbato rõne alicuius pfessionis iurisdictio illius qui preest collegio recusari non põt. h. d. Barto. & bz locum hoc: & postq̃ desierint esse de illo collegio quantum ad ea que tunc tempore gesserũt que pertinẽt ad illam artem per. l. ij. j. vbi de ratio. agi oportet. l. pretor. §. etiam. ff. de eden. & per Jacob. de are. in. l. demum. & l. de opere. de oper. liber. tene mẽti.

2 †Quod licet aliquis desierit esse mercator pro his tamẽ que gessit tempore quo erat põt conueniri coram cõsulibus mer-
b cantie per illas. ll. alias supra allegatas. Sed quãtum b ad ea que non pertinẽt ad artem mercãtie nõ potest etiam tempore quo erat mercator cum conuenire coram illis ꝙsulibus: q̃ non habent iurisdictionẽ nisi in concernen. artẽ. & hoc expresse tenet Jnno. in. c. cum ecclesiarum. de offi. ordi. vbi pulchre tractat de illa materia. quod etiam sentit hic glo. super verbo publicis. & adde qõ no. per eundem Jnno. in. c. cum dilecta. de excess. prela. Et primo ponit proemium vsq; ibi. quapropter. Secũdo ponit statutum vsq; ibi. ita tamẽ. Tertio limitat vsq; ibi. his videlicet. Ultimo ponit penam contrafacien-
3 tibus. C †In tex. ibi: iurisdictionẽ & protectionem declinare. patet ergo q̃ prepositi collegiorũ vel artiũ habẽt iurisdictionem. & ad hoc semper allegat ista. l. sed a quibus datur illa iurisdictio cõiter dr q̃ dat ab illa vniuersitate: ergo penes illos est iurisdictio: p osset tñ dici q̃ datur a lege mediãte electione ipsius collegij: nec ob. l. priuatorum. §. eo. vt ibi fuit notatum

C In loco vbi merent stipẽdia. ad de Lar. zab. in. c. fi. in. ij. q. de pochijs. C Sed quantuz ad ea. Adde Bal. hic & itellige hoc verũ ẽt de ꝙsensuptiũ: vt p Ly. in. l. j. §. eo. & Joã. de imo. in. c. P. & B. de offi. dele. co. xx itij. bal. in. l. heres absens. §. si qs tutelã. ff. de iudi. Et Lud. ro. ꝙsi. eclxx rir. inci. oipotentis dei. in casu proposito prima frõte. Et ibi itelligit b vex nisi ꝙsuetudo sit in contrariũ: quia cõsuetudo tribuit iurisdictionẽ. Et adde qõ p depẽdẽtib⁹ & ꝙneris mercantia iudex mercantie erit ꝙpetẽs: ita Bal. in. l. si qs. §. rõnez. ff. de eden. Itẽ adde q̃ iudex mercantie dr iudex ꝙpetẽs ẽt nõ mercatoꝛ litigãti cuz mercatore. ita ipe paul. de ca. post Jac. but. in. l. cũ eorũ. j. de sen. Fran. Cur.

BIU Cujas

ꝛ videnꝫ tenere doc.ꝙ requiratur confirmatio superioris cuius
cõtrariũ ibi dixi ꝑm Bal.ꝛ dicit Bar.per istũ text.ꝙ postꝙ habẽt
iurisdictionẽ possunt facere statuta cõcernentia iurisdictionẽ
circa ministeriũ illius artis:vt etiam no.per Bar.in.l.omnes
populi.de iusti.ꝛ iure.ff.Circa hoc vide plura bona que tãgũ
tur per Bart.circa finẽ.l.ij.de cõsti.pec.vbi dicit ꝙ talia statu
ta cõcernẽtia decisionẽ cause debẽt seruari etiam in curia ptã
tis si actor vellet ibi cõuenire mercatorẽ:ꝛ nõ coram consulibus
a mercatorũ:nisi loquerenꝫ in personã[a] rectorum seu consulũ ar
tis:nam si diceret statutũ ꝙ cõsules artis possint ferre sniam
virtute libri mercatoris vel vnius testis cũ certis indicijs tale
statutũ nõ haberet seruare potestas:secus qñ loquunꝫ in rem
vel in personã mercatorũ. Itẽ dicit ꝙ si talia statuta cõcernũt
modũ procedendi nõ sunt seruãda in curia potestatis vbi est
4 alius modus procedẽdi. ¶ †In text.ibi cuiuslibet militie seu
singuli cuiuslibet dignitatis.ꝛ sic si aliquis miles esset de arte
mercantie nõ põt rõne militie declinare iurisdictionẽ cõsulꝫ
mercantie etiã si habebat priuilegiũ:vt nõ conueniaꝫ nisi sub
certo iudice.Et eodẽ modo si est clericꝰ nõ põt petere remitti
se ad epm:qꝛ non cõuenitur vt clericus sed vt laicus mercator
a ꝑm Ly.ꝛ alios. ¶ In tex.ibi:tam publicis.illud facit contra
id qõ.s.dixi ꝙ ista lex intelligiꝫ qñ cõueniret occasione illius
artis.nam si causa erat publica nõ põt esse occasione illius ar
tis.sꝫ põt intelligi hoc verbũ ipropꝛie de publica causa ipsius
artis:vt ille qui est de arte possit cõueniri nõ solũ ab alio ꝑua
to occasione ipsius artis siue ipse cõueniẽs sit de arte siue nõ:
vt dicit.s.l.proꝛi.de illis qui nõ sunt milites ꝛ volũt agere cõ
tra militẽ:vt possint coram magistro militũ: ꝛ etiã si cõueniant
ab ipsa arte siue a sindico ipsiꝰ artis:ꝛ sic dicitur causa publi
ca ipsius artis:ꝛ ita de cõsuetudine restringitur illa.l. ¶ †In
5 tex.ibi:ita tñ.iste ver.vult dicere ꝙ ꝛ possint cõueniri coram cõ
sulibus illiꝰ artis nõ ꝓpterea sunt exempti a iurisdictiõe po
testatis illius loci qui est iudex vniuersalis omniũ ꝛ etiã illiꝰ
artis:ꝛ sic etiã consulũ illius artis.ꝛ sic cumulatur iurisdictio
iurisdictioni.ꝛ addit iudex specialis iudici vniuersali.ꝑ hoc
vide optimũ tex.s.de offi.prefe.vr.l.j.Et erit in electione acto
6 ris coram quo velit illũ cõuenire:†qꝛ illa est regula generalis
ꝙ qñ quis subest pluribus iudicibꝰ actor hz eligere coram quo
ipsum cõueniat.ꝛ ad hoc allegaꝫ iste tex.ꝛ.l.cum clericis.s. de
epi.ꝛ cle.ꝛ.l.j.j.vbi in rẽ ac.ꝛ ff.de iudi.l.sed si susceperit.§. ea
res.ff.de eo qõ cer.lo.ꝛ per Inno.in.c.cũ ecclesiarũ.de offi. or.
nec reus hz ꝓuilegiũ petẽdi se remitti ad cõsules artis:qꝛ hoc
est spãle in militibus ꝛ in scholaribus:vt.s.l.proi.ꝛ in auꝫ.ba
bita.ne filius pro pa.sic ꝛ qñ quis hz plures actiones ad idez
cõpetẽtes electio est ipsius actoris:vt.l.qõ in heredi.§.eligere.
ff.de tribu.licet reus habeat electionẽ circa res debitas quã ea
rũ vult soluere si teneꝫ alternatiue:vt.l.plerũqꝫ.in fi.de iu.do.
in loco soluat:sꝫ actor in quo loco agat:vt.d.l.iñ. de eo qõ cer.
7 lo. ¶ †In glo.super verbo pertinet ibi:ꝛ sic sit parisius.dic et
quasi in cunctis partibus vltramontanis.vnde in Auinione
doc.collegij eligunt primiceriũ.ꝛ ille habet ordinare studiũ et
omnia facere que faciũt rectores scholariũ in partibꝰ istis.Et
vidi semel magnã multitudinem scholarium ex incitatiõe cu
iusdam doctoris nouelli venientis de Italia:ꝛ volentis com
placere scholaribus facere magnum tumultum:ꝛ velle eligere
rectorem sicut in partibus istis:ꝛ nõ potuerũt obtinere: ideo
ille doctor venit in maximam indignationem aliorum docto
rum in tantũ ꝙ postea recessit.doc.tñ nostri tenent cõtrarium
b cius qõ hic dicit glo.ꝛ ꝙ scholares[b] dicũtur facere vniuersita
tem approbatam:qꝛ est casus in.c.qꝛ in causis.extra de procu
ra.ꝛ in proemio sexti libri:ꝛ clementinarum.ꝛ.s.de offi.magi
stri officiorum.l.j.qõ habetur in.l.j.j.de excu.arti.li.x.ꝛ qõ ibi
per Bar.non sunt alia.

¶ Quando imperator inter viduas ꝛ pupillos in miserabi
lesqꝫ personas cognoscat:ꝛ ne exhibeantur. Rubrica.

¶ Prima pars istius rubrice vsqꝫ ibi:ꝛ ne exhibeaniꝫ concer
nit secundã partẽ.l.que incipit in ver.ꝙ si pupilli.ꝛ scõa pars
rubrice ibi cõcernit primã partẽ legis.ꝛ hoc voluit glos.rubri
1 ce in effectu. †Quero q̃ differẽtia sit inter pupillũ ꝛ orphanũ.
Respõdeo pupillus proꝛie dr qui non est in patria ptãte vel
emãcipatus:vel qꝛ mortuus est pater.ꝛ nõ excessit quartũdeci
mũ annuꝫ:vt.l.pupillꝰ.in prin.de ver.sig.ꝛ ille q̃ est in patris
ptãte nõ proprievocaꝫ pupillus sed impubes:aliqñ tñ impro
ꝓꝛie sic appellaꝫ.ꝛ ponit pupillus pro impubere:vt.l.fi.§.j.ff.
de ver.obli.qõ no.qꝛ si statutũ loquereꝫ de pupillis cum ver
ba statutorum sint proꝓꝛie intelligẽda:vt.l.iñ.§.hec verba.de
neg.gest.intelligitur primo modo.Orphanus est ille qui non
habet matrem.ꝛ in quartumdecimuꝫ annum.ita no.proꝓꝛie
Ly.in.l.orphanotrophos.s.de epi.ꝛ cle.in fi.iste tamẽ text.in
prin.videtur ꝓbare ꝙ etiã si sint maiores quatuordecim pos
sunt dici orphani:tñ Petrus rñdet ad illũ tex.ideo tene men
ti qõ dixi:qꝛ si testator reliquit certam quantitatẽ inter orpha
nos non debet distribui inter illos qui sunt maiores quatuor
decim annis. Tunc autem pupilli ꝛ orphani dicũtur miser
c biles persone[c] ꝛ habent priuilegium ex illa.l.quando sunt im
potentes:ꝛ non habent defensorem.quod dic vt plene no.per
Inno.in.c.significantibus.de offi.deleg.
2 ¶ Quod quis non possit trahi extra domiciliũ nisi in duo
bus casibus.
3 In rescripto contra personas debet fieri mentio de qualitate
personarum.
4 Miserabiles persone an possint omissis ordinarijs iudicib⁹
adire principem per viam querele.
5 Fortuna dicitur iniuriari illis quibus accidit infortunium.
6 Que sint miserabiles persone.

1 d ¶ †Pupilli ꝛ vidue ꝛ alie miserabiles pson[d]e deq
bus hic habent hoc priuilegiuz ꝙ extra pro
prium domiciliũ nõ possunt trahi etiã per re
scriptũ principis vel in curia principis:sed in
proprio domicilio sunt cõueniẽdi:ipsi tamen
bene possunt trahere aduersarios eorũ extra domiciliũ coraz
principe etiã per viã simplicis querele.b.d.ista notabilis lex.
Et prima pars eius que durat vsqꝫ ibi ꝙ si pupilli.limitat.l.
si qñ.s.de dila.ꝛ.l.in criminali.circa prĩ.s.tit.pri.in quib⁹ pz
ꝙ cum sacro oraculo.i.rescripto imperatoris põt qs trahere
aduersarium suũ ad extraordinariũ iudicẽ etiã extra ꝓpriuz
2 domiciliũ. †hoc fallit in istis personis miserabilibus que tra
hi non possunt etiã si iudex ordinarius esset negligẽs in admi
nistrando iustitiã contra eos:ꝛ etiã si in rescripto cõtineretur
clausula non ob.quacũqꝫ.l.cõtrariũ disponẽte:naz adhuc nõ
valeret rescriptũ per qõ traherenꝫ extra proprium domiciliũ.
sed debet ipetrari ꝛ delegari iudex in domicilio.ita intelligũt
doc.illum tex.hodie vero etiã alij non põt trahi extra ꝓpriuz
domiciliũ nisi in dictis duobus casib⁹.sꝫ qñ iudex ordinariꝰ
esset negligẽs.ꝛ si in rescripto esset clausula nõ obstãte vt dixi
in.l.in criminali.per auꝫ.vt differẽtes iudi.per auꝫ.qua in pro
uincia.j.ti.pri.In hoc ergo iste persone miserabiles sunt me
lioris cõditionis si tñ in rescripto apponereꝫ clausula spãlis
non obstãte.l.ista vel non obstãte qõ sint miserabiles persone
bene valeret rescriptũ:qꝛ imperator nõ potuit sibi vel succesꝛo
ri imponere legem a qua recedere nõ liceret:vt in simili not.p
3 glo.in auꝫ.qui.mo.na.effi.sui.§.fi.†oportet ergo ꝙ fiat expreꝛ
sa mentio de qualitate personarũ vt valeat rescriptũ vel pui
legiũ alteri cõcessum cõtra tales personas ꝓpter qõ dicit hic
Ly.fuisse terminatũ ꝙ cum quibusdã monialibus fuisset con
cessum ne haberẽt soluere aliqua grauamina sedis apostolice
ꝛ postea venisset quidã legatus cũ literis generalibus ꝙ oẽs
soluerent non obstante quocũqꝫ priuilegio per hoc nõ erat de
rogatum priuilegio illarũ monialium quibus erat concessuz
tanꝫ miserabilibus ex quo de qualitate personarũ caruz nõ
4 fuit facta mentio spãlis.†Scõa vero pars hui⁹.l.limitat.l.ne
mo.s.ti.proꝛi.vbi habetur ꝙ quis non potest adire superiorẽ
per viam querele omisso iudicio sed inferiore:sed debet coraz
illo inferiore litẽ primo mouere:ꝛ si grauauerit poterit appel
lare ad superiorẽ.hoc fallit in istis miserabilibus pson̄is que
possunt omissis ordinarijs iudicibus adire principẽ per viaz
querele:ꝛ ibi trahere aduersarios suos vel coram principe vel
coram delegato ab eo:quia princeps est specialis defensor ta
lium personarũ:ꝛ idem in regibus ꝛ alijs principibus. xxiij.
q.v.c.regũ.lxxxj.di.c.j.ꝛ quod ibi no.per glo.ꝛ per Arch.qui
etiam dicunt ꝙ causa taliũ personarũ pertinet ad forum eccle
sie:ꝛ sic põt adire epm omisso potestate.xxij.q.j.ꝛ facit in auꝫ.
vt hic obligatas.§.fi.in fi.ꝛ extra ne cle.vel mo.c.j.ꝛ.j.q.ij.sicut
episcopũ. ¶ In tex.ibi.comitatui nostro.idest in curia nostra
5 ¶ †In tex.ibi fortune iniuria. Nota ꝙ fortuna dicitur iniu
ria ri illis quibus accidit infortunium.ꝛ alibi dicitur qõ di
citur insidiari.vt.l.fi.§.cum antea.post prin.j.de tempo. app.
6 †Et que sint miserabiles persone.vide omnino per Inno.in
d.c.significantibus.ꝛ in Spe.de instru.edi.§.nũc vero aliqua
ver.ꝛ scias.de censi.c.licet per glo.ꝛ Inno.vbi etiam secus cõ
numeratur.non sunt alia.

¶ Ubi de crimine agi oportet. Rubrica.

¶ Post generalẽ titulum de iurisdi.om.iudi.in quo tractatur
de iudicibus competentibus ꝛ incompetentibus subiiciũtur
titu.speciales in quibus tractatur de competentibus tantuz:
ꝛ qui sint

a ¶ In psonã. Adde Bal.in.l. recepti tia.co.ij.v.dubitaꝫ.j.ꝺ.sti.pecu.ꝛ Alex.ꝺ imo.i.sti.ccxviij.in.ij.vol.ꝛ qd regraꝫ ad hoc vt aliqd dicaꝫ mercãtia vꝫ negociatio.vi ꝺ p Frã.de are.i cõsi. xxix.col.x.i fi. L.

b ¶ Et qõ scholares.adꝺ ꝙ etiã si sunt plures scholares habitãtes i vna domo faciũt collegiũ ꝛ sindicũ stituere põt.ita Bar.post gl.i.l.j. i pn.ff.ꝙ cuiusqz vni.no.Frã. cur.

c ¶ Dicunt miserabiles pson̄e. adꝺ spe.ti. de instru. edi.i.§.nũc vo alij q̃.vi.et scias. car. ꝛ Jo.de imo. i.c. significantibꝰ.de off.dele.Alex. de imo.sti.fil.cxxj.ici. viso ꝓcessu cãe.i j.vo.i fin. vl. col.

d ¶ Vidue ꝛ aliemiserabiles pson̄e. Adꝺ anviduadicaꝫ miserabilis pson̄a vide p abb. in.c.lz.de fo.cõp. car.zab.i.c.significatibꝰ.i.j.no.de offi.ꝺle.Et q̃ dicantur miserabiles pson̄e.vi ꝺ per eũꝺẽ Jdau.ꝺ ca. i ꝙs. vij.ꝛ vi ꝺ do. Maria. soci. i.c. ex pte.i.iiij. limitatione.de fo.cõpe.Cur.

ꝛ qui sint competẽtes in singulis causis: ꝛ actionibus. ꝛ primo in causa criminali que est maioris pẽderis ꝛ preiudicij. ꝛ dicit Bar. ꝙ iste est valde bonus titu.

2 ¶ In criminibus principalis forus est locus delicti in ciuilibus. s. in actionib⁹ personalibus est locus domicilij ꝛ in realibus est locus vbi est res que vendicat sed locus originis proprie vel paterne est accessorius.

3 Que dicantur crimina ordinaria ꝛ que extraordinaria ꝛ quãdo quilibet admittatur ad accusandum ꝛ quando pena pecuniaria imposita pro crimine applicetur fisco.
Que dicatur causa ciuilis ꝛ que criminalis.

4 Casus in quo sicut in causa ciuili habet locus prorogatio ita ꝛ in causa criminali.

5 Si florentinus commisit delictum bononie ꝛ iudex bononien sis incohauit processum contra eum ꝛ posuit ipsum in banno ꝛ condemnauit ad penam capitalem quandocũq; peruenerit in fortiam communis an iudex florentinus possit contra eundem similiter procedere ꝛ ratione originis vel domicilij.

6 Remissiones de vno iudice ad alium an fiant ex mera voluntate ꝛ ꝙ in contractibus non fiat remissio.

7 Si duo litigauerunt coram vno iudice incompetenti ignorãter sic non fuit prorogata iurisdictio ꝛ acta erant nulla ꝛ dein dependente lite peruenit ad eorum scientiam de incompetẽtia ꝛ tamen perseuerauerunt ꝙ acta prius gesta recõualescãt ꝛ consensus retrotrabatur ad principium.

Quid in gestis per iudicem incõpetentẽ nõ nomine partiuꝫ.

1 **Questiones.** †De crimine põt cognosci in loco ꝺlicti ꝛ in loco iurisdictionis progare ꝛ in loco domicilij: ꝛ etiã vbi criminosus plurimũ cõuersaꝯ. h. d. ista. l. cũ seq. De primis tribus loquitur. l. j. de vltima loquiꝯ. l. ij. †Et scias ꝙ in criminibus principalis forus est locus delicti. vt in. c. ij. de cõsti. lib. vj. in nouel. super verbo nascuntur. sed de ciuilibus maxime actionibus personalib⁹ principalis forus est locus domicilij extra quem regulariter non debet quis trahi. In realib⁹ vero actionibus principalis forus est locus vbi est res que vẽdicatur vt. j. vbi in rem ac. l. fi. ꝛ per totuꝫ locus vero originis

3 proprie vel paterne est accessorius. ¶ †In ter. ibi: qui legibus vt sunt crimina publica de quibus. ff. de pub. iudi. per totuꝫ. cum titulis seq. que ideo dicũtur puniri per. l. quia certa ꝛ determinata pena imponitur in singulis delictis: ideo dicũtur crimina ordinaria: ꝙ quilibet in eis admitti ꝯ ad accusandũ: ꝛ ideo dicuntur publica. qõ autem sequitur an extra ordinez loquitur de criminibus ꝓuatis de quibus habetur. ff. de priua. delic. per totum. licet imponatur certa pena pecuniaria applicanda parti quo casu dicitur crimen puniri ciuiliter. imponitur etiam extraordinaria pena que relinquitur arbitrio iudicis: ꝛ aliquando est pecuniaria applicanda fisco: aliquãdo corporalis ꝫm qualitatẽ delicti: vt. l. fin. de pri. delic. ꝛ tunc punitur criminaliter. ex forma tamen statutorum etiã in illis imponitur certa pena applicanda fisco. non tamẽ per hoc dicuntur ordinaria nec publica: ꝙ nõ admittitur quilibet ad accusandum sed ille tãtũ cuius interest. ꝛ qui fuit offensus. qõ dic vt in. d. l. ꝛ in ti. de popularibus act. super rubrica. titu. autez iste loquitur quãdo agitur de puniendo crimen criminaliter pena corporali vel pecuniaria applicanda fisco que dicꝯ etiã criminalis: vt in. l. agraria. ff. de termi. moto. ſz si ageretur ad penam pecuniariã applicandã parti diceꝛ causa ciuilis nõ criminalis. ꝛ principalis forus esset in loco domicilij nec esset tunc tractandũ de remissione in loco delicti. de qua tangit in

4 glos. ¶ †In ter. ibi: vel inchoata sunt. hoc põt intelligi duob⁹ modis. primo ꝙ erat inchoata coram iudice incompetenti ꝓtibus hoc scientibus ꝛ sic prorogauerunt iurisdictionem. ꝛ tunc est hic casus ꝙ sicut in causa ciuili habet locum prorogatio: vt. l. j. ſ. ti. j. ita ꝛ in causa criminali quod est intelligendũ quando ille iudex cuius iurisdictio ꝓrogaꝯ habebat potestatem cognoscẽdi de causis criminalibus inter suos subditos. ꝛ sic habebat imperiũ: vt no. in. d. l. j. ſ. titu. ij. videtur etiaz ꝙ requiratur consensus iudicis vbi delictum fuit cõmissum cui respublica fuit offensa sicut prorogatione quã facit cleric⁹ i episcopũ non suũ: quia requiritur consensus sui episcopi: vt in. c. si diligẽti. de foro compe. ꝛ ita videtur tenere Specu. in tit. de compe. iudi. additione. ſ. j. ver. sed nũquid in iudicẽ. in ciuilib⁹ autem nõ requiritur cõsensus iudicis proprij: tñ prorogatur iurisdictio in alium iudicem: ꝙ nõ agitur de illius ꝓiudicio vt no. in. l. j. ꝛ ij. ff. de iudi. secus si ageretur: vt qñ est iudex perpetuus vnde subditus vnius comitis sine eius cõsensu nõ potest se subijcere alteri iudici. de hoc videtur ter. ꝛ in. c. per venerabilem. circa medium. qui filij sint legiti. ꝛ in. c. feudali. cuius cognitio pertinet ad dñm feudi: nõ potest fieri ꝓrogatio sine illius cõsensu. ad qõ vide qõ no. Bar. in. l. j. ſ. ꝛ post operis. ff. de ope. no. nũ. ꝛ in. c. verũ. extra de iudi. ꝛ in. c. ceterũ credo qõ sit de foro cõpe. Iudex enim delicti põt petere remissionez: vt in autẽ. vt nulli iudicũ. ſ. si qs vero comprehẽsorũ ꝓ rõne dicte offense in rempublicã: ergo requiritur eius cõsensus. Scõo põt intelligi ꝙ fuerint inchoate coꝝ iudice ꝛpetẽte: ꝛ tũc facit ad

5 questionẽ disputatã per Jaco. de bel. †Si florentinus cõmisit delictũ bononie: ꝛ iudex bononiẽsis inchoauit ꝓcessum ꝛtra eum. ꝛ posuit ipm in bãno. ꝛ cõdẽnauit ad penã capitalez qñ cunq; puenerit in fortiã cõis vtrũ iudex florẽtinus possit contra eũdẽ similiter ꝓcedere rõne originis vl domicilij. ꝛ videꝯ ꝙ nõ: ſz ꝙ ipse possit se defendere ꝓ hãc. l. ꝙ processus erat inchoat⁹ bononie: ꝛ preuenta erat iurisdictio. cõtrariũ tñ videꝯ veri⁹: qz de illo ꝓcessu non põt se iuuare postꝯ in eo fuit contumax ꝛ est: vt no. ꝓ Bart. in. l. vbi ceptũ. ff. de iudi. et. l. sepulcbri. de sepul. vio. dic vt ibi. ꝛ sic poterit puniri florẽtie: nec est moris ꝙ fiãt iste remissiões de locis nõ subditis eidẽ superiori: ꝛ sic florẽtinus iudex nõ impediet procedere per literas iudicis bononiẽsis petẽtis sibi remitti ꝓ ea q̃ no. ꝓ Lyn. in auꝯ.

6 qua in prouincia. que statim sequiꝯ. ¶ †In gl. ñ. vbi cõmissa ibi: tñ illuc remittatur ad requisitionẽ iudicis illi⁹ loci: alias nõ tenet remittere: nec põt ipse iudex post requisitionẽ de delicto cognoscere. et ipm remittere puniẽdũ ꝓ illũ ter. in verbo perfici debere. per quẽ ptz qõ totus ꝓcessus dz expediri ꝓ illũ iudicẽ: bñ tñ potest cognoscere summarie an sit locus remissiõni: qõ dic vt in. l. fi. ff. de publi. ſ. dinus seu diui. ꝓ Bar. Et ad de qõ no. idẽ in. l. magistratib⁹. ff. de iurisdom. in. ꝛ. l. diu⁹. de cust. reo. ꝛ. l. si cui. ſ. fi. de accu. allegata hic per gl. ꝛ olim fiebãt iste remissiones: qz oẽs erant sub vno imperio. ꝛ iudex requisitus. ꝛ nõ remittẽs puniebaꝯ ꝓ superiorẽ. alij dixerũt cõtrariũ ꝙ fiebãt remissiões ex mera volũtate. ſz ꝓpet. vt refert Lyn. in auꝯ. qua in ꝓuincia. truffaꝯ de hoc hodie. vt dixi qñ non sunt sub vno superiore nõ fiat nisi de vrbanitate: nec etiã subditus dñationi audio ꝙ fiãt ꝛ vrbanitate: qz dñatio vult vt se regãt vt pri⁹ se regebãt anteꝙ veniret sub dioceſi sua. in ꝛtractibus vero clarũ est ꝙ nõ fit remissio. de hoc in. c. romana. ſ. ꝛtrahentes. de fo. cõpe.

7 ¶ †In seq. glo. ibi: sed quid no. istam glo. sing. que semp alleg. ꝛ vult hoc in effectu ꝙ si duo litigauerũt coꝝ iudice incõpetẽti ignorãter. ꝛ sic nõ fuit ꝓrogata iurisdictio ꝛ acta facta coꝝ eo erãt nulla: vt. j. si a non cõpe. iudi. per totuꝫ. deinde pẽdente lite peruenit ad eorũ sciẽtiã de incõpetentia. ꝛ nihilominus ꝓseuerauerũt qõ acta pri⁹ gesta reconualescunt. ꝛ ꝙ ꝛsensus retrotrabiꝯ ad principiũ lit. qz nõ deficiebãt acta nisi ꝓpter defectũ cõsensus partiũ. vnde qñcũq; superuenit retrotrabitur per. l. licet. ff. de iud. ſz illa. l. loquaꝯ i alijs terminis. s. in gestis per procuratorẽ nõ verũ nomine dñi postea ratificantis. vnde nimirũ ſ; retrotrabiꝯ. nos loqmur de gestis ꝓ iudicem incõpetẽtem non noie partiũ. sed suo ꝓprio. vñ nõ videbatur ꝙ consensus superueniẽs traberet retro ex quo nõ nomine ipsaruꝫ ille gessit: tñ ꝓ ista parte ꝙ trabatur: facit. l. si fundus. ſ. j. de pig. vbi nõ erat actus gestus nomine ratificantis: ꝛ tñ retrotrahitur: si tñ ille nõ erat iudex in aliquo: ſz simplex ꝓuiuatus: ꝛ sic etiã si sciẽter litigasset nõ fecisset eum iudicẽ: vt. l. ꝓuatorũ. ſ. ti. ij. ſz postea iurisdictionẽ acquirat nõ tñ inter dictas partes: qz efficiaꝯ rector vel potestas illius loci. de quo loco tñ partes nõ erãt. licet perseuerent in litigando coꝝ eo nõ ꝓpterea acta prius gesta recõualescant: qz non deficiebãt in ꝛsensu partiũ. dũtaxat tamen etiã si scientes litigassent non valerent. sed deficiunt in fundamento iurisdictionis: vñ non possunt reconualescere: sed inspicitur initium ꝫm glos. de hoc tetigi ſ. l. vnica. ſ. q ꝓ sua iurisdictione. ꝛ ibi dixi qõ istud erat verũ quãdo supuenit iurisdictio ex causa habẽte originẽ post processum inchoatuꝫ. Si vero prius vt qz erat electus ad illud officiũ nõ tñ fuerat ingressus tunc acta recõualescẽt per l. solent. ſ. fi. de offi. procõsu. ꝛ per illud qõ no. gl. in. l. ꝓuatorum. in fi. prime glo. tene autẽ mẽti hanc glo. ¶ In gl. sequenti ibi vel dic ꝙ loquitur de vagabundis. idem no. ſ. l. pri. ꝛ. l. heres absens. ſ. j. ff. de iudi. et quis sit vagabundus no. in. l. is qui. ſ. fina. ad muni. ꝛ. l. iij. ſ. pretor. de dam. infect. ¶ In gl. sequen. ibi. ſz tu dic secundum Azo. cõtra dic quod imo est crimen publicũ. nam ponitur sub titulo de publicis iudicijs. et omnia crimia de quibus tractatur in titulo illius libri dicuntur publica. quia de facto dicuntur ex legibus publicorum iudiciorum ꝛ sic nõ solum pater mater ꝛ frater. imo etiam quilibet de populo admittitur ad accusandum: dumtamẽ alias sit habilis. ¶ Nam in criminibus publicis multi repelluntꝯ ab accusando: vt. ſ. qui accusare nõ ꝓssunt. ꝛ. ff. ꝺ accu. l. ci q. iste ergo textus duz dicit qui super hoc queri. id est conqueri potest vult excludere inhabiles ad accusandum. non dicit quod non

BIU Cujas

ſit crimen publicũ. ¶ In glo.ſeq.ibi.i.cõuerſaĩ:dic.ſ.vt plurimũ ⁊ maiori parte ãni:et hoc communiter tenetur:vt aliquid addat ad.l.precedentẽ:⁊ probatur in.l.ũ.ff.vbi ſena.vel clariſ. vbi habetur q̃ nõ ſolum in loco domicil.ũ.ſed vbi plurimum conuerſatur ſortitur quis forum:licet ibi non habeat maiorẽ partẽ fortunarũ ſuaꝝ.ponũt exem.doc.in mercatoribus florẽtinis qui diſcurrũt per totũ mũdũ:⁊ cõſtituunt ſibi pergulaꝫ vel armariũ.i.cõducũt domos:⁊ apothecas ad lucra facienda vt ibi poſſint cõueniri etiã pro cõtractibus alibi celebratis ſicut florẽtie ratione originis.vel vbi habẽt domiciliũ. exẽpluꝫ autẽ qõ ponit glo. de ſcholari reprobaĩ per petrũ:qr nõ ſtat in ſtudio cauſa lucri:ſed ſemp cum aĩo recedẽdi.vnde pro ℈ctib⁹ alibi celebratis nõ põt cõueniri:⁊ ſi forte ſtetiſſet per decẽniũ: ſed in illis mercatoribus nõ requiritur tm̃ tẽpus:ſed iudicis arbitrio põt reliqui q̃ nõ eſt de leui receſſurus.non ſunt alia. Sequitur aut.qua in prouincia.que multuꝫ eſt gloſſata:ideo nolo vobis declarare niſi tex.hoc magne ⁊c.

2 ¶ In generali mandato non venit vt procurator aliqd illi cite faciat ⁊ an tunc ipſe procurator teneatur.

3 Fideiuſſor condemnatus poteſt dare inſolutum bona domini vel petere q̃ in illis fiat executio.

4 Omnia priuilegia exiſtẽtia in eodem territorio q̃ faciãt vnuꝫ forum:licet ſint diuerſi iudices.

Quid ſi ſtatutum dicat vt florentie q̃ nullus florentinus ſub pena capitis poſſit trahere alium florentinum coraꝫ epiſcopo florentino in cauſa ſpirituali vel vſuraria.

Qui ẽ de caſtro ſubdito ciuitati an dicaĩ forẽſis iſti⁹ ciuitatis.

5 Clauſula non obſtante quocũq; priuilegio q̃ non preiudicet priuilegijs inſertis in volumine ſtatutorum.

6 Sicut inter plures ordinarios locus eſt preuentioni ita inter ordinarium ⁊ delegatum.

Qua in prouincia. Iſta aut.reputatur valõ ſingularis:tamen tex.eius eſt valde ineptus:⁊ diuidequia primo ponit vnum dictum vſq; ibi eo autez. ⁊ cum iſta parte cõiunge ver.excipitur vbi ponuntur duo caſus exceptuati.vſq; ibi induciarum.Secũdo ponit caſum mirabilem in ver.eo autem abſente.qui durat vſq; adver.excipitur.Et cum iſta parte iunge ver.induciarum vero qui declarat iſtum caſum ſingularem in illa parte dũ dicit datis inducijs:licet.i.licitum eſt denuntiare domino cauſe ⁊c.Nã in ver. induciaruꝫ declarat que ſunt iſte inducie:⁊ que ſint tempora dãda abſenti ſm diuerſitatem locorum:vbi abſunt. Et ſumitur iſta aut.ex corpore vt omnes obediant iudicibus puincia rum.⁊ omnes conſiderantes.Debes autẽ ſcire pro intellectu ⁊ declaratione litere ſatis inepte q̃ ante iſtam aut.quidaz delinquẽtes vel trahentes in vno loco vel occupantes aliena bona per potentiam eorũ:⁊ vt actores vel accuſatores eluderent impetrabant a principe priuilegium qõ non poſſent cõueniri niſi ſub tali iudice:iſtud priuilegiuꝫ tollitur per hanc aut.qõ in loco delicti vel ℨtractus aut vbi eſt res de qua agitur actione reali poſſint conueniri vel accuſari nõ obſtante priuilegio predicto:iſto modo declarat iſtum tex. Inno.iiij.qui fecit.c.j. de priuileg.lib.vj.qõ fuit extractum de iſta aut.⁊ eius corpore.videtur tũ q̃ de iure ciuili per iſtã aut.idem ſit de loco domicilij per id quod dicit ibi:aut criminum ſit reus.qr exponitur ſic reſidet vel habet domicilium:ita videtur ſentire Bar. licet de illo.c.non faciat mentionem:nec ipſum vidit. ſz Bal. bene vidit:⁊ non tenet hoc dictum qr in illo.c.non dicitur niſi de iſtis tribus locis.ſ.delicti cõmiſſi vel contractus vel res de qua agitur actione reali qui habeant priuilegiuꝫ vt in eis nõ obſtãte priuilegio predicto poſſint conueniri. Proderit ergo priuilegium quo ad alia loca.ab iſta regula excipiunt duo caſus in ver.excipit quando partes delinquentes vel cõtrahentes pragmaticam ſanctionem a principe foret aduocatus pro negocio publico vel forte princeps illã cauſam ad ſe aduocaret pro bono publico quia forte dubitandum de ſcãdalo ſi in illis locis agitaretur ſm intellectum Bal.alius caſus eſt quãdo per viam appellationis forte propter aliquod grauamen illius iudicis deuolueretur ad curiã principis: Alius caſus qui ponitur in ver.eo autem.quem gl.tenet multis modis et quilibet poteſt ſuſtineri ⁊ eſt notabilis tamen iſte eſt verus caſus:qr quidã ſe abſentabant de loco ſui domicilij ⁊ locabãt eorum bona pro aliquo tpe vel relinquebant ſuũ factorẽ vel caſtaldionẽ:⁊ cõſignabant oĩs poſſeſſiones quas aſſerebãt etiã ſuas dando eis mãdatũ quid agere deberẽt ipſo abſente. ille cõductor vel caſtaldio ſeu factor amputauit forte arbores de vna iſtarũ poſſeſſionũ aſſignatarũ que reuera nõ erant domini ſui.ſed tũc putãs ipſam eſſe dñi.Certe tu pateris iniuriam de domo illius abſentis.Nam domus ſumit multis modis: ⁊ interdum pro familia.⁊ ita hic tu cõueniebas illũ caſtaldionem actione.l.aquilie.vel de turbata poſſeſſione:ipſe cõparebat ⁊ dicebat ſe illud feciſſe non tanq̃ in re ſua ſed tanq̃ in re dñi ſui:qr ſibi fuerat aſſignata per eum tanq̃ ſua.⁊ oſtẽdebat ſcripturã.vnde dicebat q̃ nõ tenebaĩ tecũ litigare:ſed q̃ debebat res expectare reditũ ſuũ ⁊ litigare poſtea cũ ipſo ſup hoc non erat prouiſum ante iſtã aut.quis modus eſſet tenẽdus:⁊ lõgũ erat expectare reditũ per iſtã aut. Videt q̃ huic caſtaldioni detur ſpatiũ ad notificandũ dño abſenti:vt ipſum inſtruat de iuribus ſuis quibus poſſit ſe defendere aduerſus te:qr tu habes intentionẽ fundatã contra ipſum:qr incidit arbores:⁊ te turbat:⁊ interi ſuperſedeaĩ in cauſa:⁊ quantũ tps detur illi ad denũtiãdũ declaraĩ in ver.iduciarũ: ⁊ ſi ille nõ veniat nec mittat:vult q̃ iſta denuntiatio habeat vim ℨſtitutionis. vt ſi probes rem eſſe tuã poſſit cõdẽnari nõ ſolũ ipſe caſtaldio:ſed ipſe abſens ⁊ fiat executio cõtra caſtaldionẽ ſi eſt ſoluẽdo: vel ſi nõ eſt fiet in bonis abſentis:⁊ hoc ſi caſtaldio comparet. Sz ſi non cõparet citatur voce preconis:⁊ hoc ſufficit ad ſentẽtiaz ferendã:ſed ſi cõpareret:⁊ tunc nõ abſoluiĩ ab inſtantia iudicij hic eſt effectus ⁊ caſus clarus iſtius aut.non ſunt elicienda ſingularia que per eam inducuntur de nouo:⁊ ante ipſaz nõ erant.que tangũtur per gl.ſi. ¶ Et poteſt ſic ſummari iſte text. Captus in loco delicti vel in quo quis alias ſortiĩ forum põt ſi ibi reperiatur cõueniri perſonali reali:⁊ etiam mixta actione non obſtante quocũq; priuilegio exemptionis niſi ex cã publice vtilitatis vel neceſſitatis ipſum abſentari oporteat vel cauſam ad conſiſtoriũ principis deuolui vel niſi per appellationẽ legitimã fuerit ibi deuoluta. Itẽ pro dãno per te mihi illato,nomine alterius vel illius mãdato ſeu volũtate poſſuz te preſentem ℨuenire in loco dãni dati:⁊ datur tibi terminus ad denũtiandũ illi:vt te inſtruat de iuribus ſuis quo nõ cõparẽte vterq; cõdẽnatur etiã lite nõ cõteſtata ſi ſunt culpabiles. ⁊ ego in termino cõparui:alz cõuentus abſoluit ab obſeruatiõe indicij.h.d.in effectu. Et ſunt plura ſingularia que alibi nõ reperiunt. Primũ eſt dum dicit omni priuilegio ceſſante: Nã aĩ iſtã aut.ſi quis impetraſſet a principe q̃ nõ poſſet pro aliqua re ℨueniri niſi ſub certo iudice non potuiſſet cõueniri nec in loco delicti nec in loco cõtractus nec in alio loco vbi ſortiretur forum excepto iudice illius priuilegij:qr princeps põt derogare iuri cõi:ſed qõ põt quis ſortiri forũ in pluribus locis nõ.vt no.in.l.heres abſens.ff.de iudi. Sed per iſtam aut. tale priuilegiũ nõ prodeſt quo minus in loco delicti ⁊ in loco contractus.⁊ in loco vbi eſt res de qua agitur actione reali vel mixta:ita declarat in.d.c.j.de priuileg. In aliis vero locis vbi ſortitur forũ nõ poterit cõueniri propter priuilegiũ: ⁊ ita vbi hic habeĩ.ſed iſte tex.videĩ largius loqui q̃ etiã nõ pdet quo minus poſſit cõueniri in loco vbi eſt.i.vbi bz domiciliuz: ſed Bal.dicit debere reſtringi per illud.c.vt ℨcordemus ius ciuile cũ iure canonico. ¶ Secundũ ſingulare in ver.eo aũt qõ datur procuratori vel caſtaldioni terminus ad denuntiãdũ dño abſenti:⁊ interim ſuperſedeĩ in cã:lz ipſe ꝓcurator vel caſtaldio cõueniaĩ ex ſuo facto:ſi eñ conuenireĩ ex facto dñi abſentis minus eſſet dubiũ:vt in.c.dilectus.de ꝓcu.ſed hic videbatur nõ debere ſupſederi poſtq̃ cõueniaĩ de facto ꝓprio. veruz quia illud nõ feciſſet niſi de cõmiſſiõe dñi.⁊ ſic fecit bona fide credens rem eſſe dñi:loquitur de benignitate:ſibi ſuccurriĩ.⁊ aduerte qr iſta denũtiatio nõ fit abſenti:vt veniat ad iudiciũ. ⁊ ipſum in ſe ſuſcipiat eo modo quo fit.ff.vbi in rem actio.l.ũ. quo caſu ſi dñs cõpareret ille cõuentus eximeretur a iudicio. ⁊ etiã ſi non cõpareat procederetur cõtra illũ.⁊ nõ cõtra ſe ſed ſolũ fit vt inſtruat preſentẽ iuribus ſuis nec per hoc eximitur ipſe preſens a iudicio:qr etiã ſi ille abſens cõpareret ꝓcederet ℨ vtrũq;:qr mãdatarius in delictis nõ excuſaĩ ꝓpter mãdatũ quin ipſe minus tenaĩ principaĩr:⁊ mãdans acceſſorie. vt.l. non eo minus.ff.de accu.in.l.autẽ.ũ.ff.vbi in rem act. poſſeſſor non conueniebatur ex delicto nec ex facto ſuo ideo alterius natura eſt illa denũtiatio. ¶ Tertiũ ſingulare eſt:qr illa denuntiatio habet vim quaſi ℨteſtationis.vt poſſit perueniri ad diffinitiuã cõtra illũ abſentem lite aliter nõ cõteſtata ſicut in caſu.l.ũ.ff.vbi in rem act.⁊ etiã cõtra ipm procuratorẽ ſeu caſtaldionẽ ex facto ſuo ſiue cõpareat in termino ſiue nõ.⁊ iteruz ſit citatus voce preconia ad audiendũ condẽnationẽ.vel die bodie per edictũ qr vox preconia paucis inoteſcit.vt in aut. qui ſemel.qõ ⁊ qñ iud. ¶ Quartũ ſingulare eſt:qr ſnia lata ℨtra caſtaldionẽ in ſubſidiũ mittitur executioni cõtra abſentẽ ⁊ in

2 bonis illius. ¶ Cõtra hoc op.nã aut dicim⁹ q̃ habuit mandatum.⁊ tunc etiam non in ſubſidiũ debet fieri executio ℨtra dñm abſentẽ.⁊ nullo modo ℨ ꝓcuratorẽ:aut dicim⁹ q̃ nõ habuit mandatũ.⁊ tunc cõtra ipſum defenſorẽ fit executio ⁊ nullo modo ℨ dñm etiã in ſubſidium.vt.l.plautius.ff.de procur.

Sol.iſtud

BIU Cujas

So.istud procederet quãdo procurator conueniretur ex facto dñi absentis:sed hic conuenit ex facto ppio tñ mandato absentis expresso. Ideo adhibet media via.primo loco fiat contra ipm si est soluẽdo.ꝛ in subsidiũ cõtra dñm ſz si nõ dedisset mãdatũ expressum:sed gñale:qꝛ dimisit eũ castaldionẽ super oĩbus bonis suis ꝛ iste credens aliquã possessionẽ esse dñi cuz nõ esset ligna incidisset nullo modo teneret dñs vbi cõtra euz fieret executio:qꝛ in gñali mãdato nõ veniebat:vt aliqd illicite faceret:vt.l.si procurator.ff.de condi.inde.hoc tñ limita et declara vt notabiliter declarat Bar.in.l.in illa stipulatiõe.parte vero'si.ff.de verb.oblig.vbi oĩno vide. ¶ †In ver. excipitur 3
Sul.de cu.ponit casum sic qõ cõuentus forte rei vẽdicatione sup aliquib⁹ bonis allegabat illa bona ptinere ad rẽpublicã: ꝛ se ab illa cognoscere vel cõuẽtus de incisione arboꝛ fil'r allegabat illã possessionẽ ptinere ad rẽpublicã:ꝛ si hoc fecisset de mãdato publicoꝛũ officialiũ:ppter hoc imperatoꝛ cũ proceribus rescripsit qõ illa cã remitteret ad curiã suã:qꝛ volebat eã tractari in suo ꝛfistorio.et sic fuit devoluta ad curiã principis per aduocationẽ:ſz de sui natura nõ esset in curia tractãda vt eñ frequenter facit papa:posset etiã opponi qõ ſz cõueniat ex facto suo ex quo tñ negociũ ptinebat ad dñm ꝛ nõ ad se dedit sed fit executio recta via in bonis dñi:ꝛ nõ in bonis castaldionis vt videmus in fideiussoꝛe condẽnato q põt dare insolutũ bona dñi vel petere qõ in illis fiat executio ꝛ tñ cõuenit ex sua pmissione in.l.si procuratorẽ.§.si ignorans.ff.mã.vbi est casus singularis:ꝛ qõ no.in.l.vẽditoꝛ.ff.iudi.sol.aliud est quẽ cõueniri ex sua pmissione cũ tñ negociũ ad aliũ ptineat:et tunc loquit ibi est ꝛ aliud cõueniri ex suo delicto:ꝛ tũc loquit hic tene mẽti:vt si est soluẽdo fiat executio ꝛtra eũ ipe tñ recupabit a dño per actionẽ mãdati postꝙ specialiter mãdauit ꝛ potest esse vtilitas agentis:qꝛ forte dñs est non soluẽdo:ꝛ sic non erit dãnuz suũ:sed ipsius castaldionis qui nõ potuit recuperare.
4 ¶ †In gl.que incipit sed nõne ibi so.scõm quosdã.ista est bona so.ex qua no.ꝑm Jac.bu.qõ oĩa tribunalia existẽtia i eodez territorio faciũt vnũ forũ:licet sint diuersi iudices:vñ clericus cõuentus coꝛã iudice seculari ciuitatis Padue nõ ꝺꝛ declinare foruz ciuitatis Padue si petat se remitti ad eꝑm.item dicit Bal.cũ statutũ ciuitatis Florẽtie dicat qõ nullus florentinus sub pena capitis possit trahere aliũ florẽtinũ coꝛã eꝑo florentino in cã spũali vel vsuraria nõ faciat ꝛtra statutũ:qꝛ illa põt dici curia florẽtina cũ respublica florẽtina ꝛstet tã ex curia seculari ꝙ ecclĩastica:qꝛ ꝛsistit i sacris:ꝛ sacerdotib⁹ ꝛ magistratibus:vt.l.j.§.j.ff.de iust.ꝛ iu.ꝛ aliqs existẽs de castro et comitatu bononie subdito eꝑo Bononiensi sic non ꝺꝛ bononie forensis postꝙ est de vniuersitate territoriũ nec cõprehẽderetur in statuto loquẽte de forẽsibus ꝑm Jac.bu.que oĩa tene mẽti.
5 ¶ †In gloss.ibi nõ indulta per legẽ redactã in coꝛpoꝛe iuris: dic istã tenẽt docto.ꝛ est singularis ꝛ vtilis:ꝛ similis est in.l.beres absens.in prin.ff.de iud.et ppter hoc vidi semel quẽdã procuratorẽ florẽtie qui habebat multa priuilegia a cõitate florentie ppter bñficia impẽsa cõitati.ꝛ cũ quotidie fierẽt reformatiões ꝙ quilibet deberet sic facere nõ obstãte quocũqꝫ priuilegio dubitãs per hoc derogari suis priuielgĩs ꝛ non compelli vna cũ alĩs nisi esset electus ad cõpilandũ statuta noua vna mecũ ꝛ cũ quibusdã alĩs voluit qõ sua priuilegia insererẽtur in volumine statutoruz ad hoc vt non censeret eis derogatũ p tales reformationes gñales cũ clausulis derogatoriis ꝛ cum a me petiit ꝛsiliũ dixi qõ sapiẽter faciebat:ꝛ alleg.istã gl.ꝛ gl.in l.beres absens.ꝛ statuta postea fuerũt approbata per cõciliũ.
6 ¶ †In glo.ibi dic illã i hoc coꝛrigi.Bar. dicit qõ imo nõ coꝛrigitur.s.l.in criminali.inquãtũ innuit a ꝛtrario sensu qõ cũ celesti oꝛaculo.i.rescriptos principis reus possit declinare foꝛ ordinariũ:ꝛ trahere actorẽ ad extraordinariũ.imo etiam hodie hoc põt si specialiter concedat:et tũc si iudex extraordinarius preueniat in citãdo coꝛã illo agitabit causa:ꝛ si cõueniat coꝛã ordinario poterit allegare priuilegiũ preuẽtionis qõ est in coꝛpoꝛe iuris clausum:vt.l.si qs postꝙ.ff.de iud.ꝛ sic nõ cẽsetur sublatum per hanc aut.vt in precedẽti parte glo.sed priuilegium generale non prodest etiam si preueniatur:qꝛ in hoc non habet iurisdictionẽ preueniens contra iudicez delicti vel contractus. ¶ Et sic not.qõ sicut inter plures oꝛdinarios locus est preuentioni ita inter oꝛdinariũ ꝛ delegatũ scõm.Bar. ad quod vide.c.vt debitus.extra de appel.

¶ Ubi de possessione agi oꝛtet. Rubrica.

2 ☞ Si quis existens in territorio Paduano cũ balista percutiat existentem in territorio Vicentino qõ in vtroqꝫ sortiatur forum ꝛ possit puniri.
Quid in mandante.

1 **¶ Ubi autẽ.** †De possessiõe turbata vel violẽta põt agi in loco violentie cõmisse:ꝛ i loco vbi est possessio de qua agitur.h.d. ¶ In gl.ibi agã.vnde in boñ.dicimo breuiter ꝙ nõ bononie ſz mutine vbi fuit collatus effectus violentie.argu.in.l.Jrisse.ff. de act.ꝛ obli.Solu.tene mẽti illud in Jctibus in quibus non agitur i loco initiati cõtractus.vt est ille in quo fuerũt verba prolata:sed in loco vbi fuit collatus effectus.vt no.j.ti.ij.l.j.in gl.nos loquimur in relictis vbi inspicit etiã locus i quo delictum fuit initiatũ:†ꝛ hoc inducit pro solutiõe si qs existẽs in territorio paduano cũ balista pcutiat existẽtẽ in territorio Vicentino in vtroqꝫ territorio sortitur forũ ꝛ põt puniri: vide p Bar.in.l.libellorũ.ff.de accu.ꝛ si qs existẽs in territorio Paduano mandat alicui vt aliquẽ interficiat in territorio Vicẽtino.vel tractatũ faciat i vtroqꝫ territorio põt puniri de hoc i.l. si vt proponitur.ff.de fide.ꝛ in.l.ꝛ si mihi.ff.de adul.

¶ Ubi fideicommissum peti oꝛtet. Rubrica.

2 ☞ Heres quantuz ad petitionem legatoꝛum sortitur domicilium vbi habet bona sua vel maioꝛem partem.

1 **¶ Fideicõmissum.** †Fideicommissa ꝛ legata põt peti in loco vbi est hereditas vel maioꝛ pars eius.h.d.ter.iuncta.l.si fideicõmiss.ff. de iudi.ꝛ dic plene per gl.eo.ti.l.quod legatur. vbi glo.distinguit in quo loco fideicõmissa et
2 legata sint soluenda:ꝛ in quo loco possunt peti.†Et no.hic ꝙ heres quantum ad petitionez legatoꝛum sortitur domiciliũ vbi habeat bona sua vel maioꝛem partẽ:vt.j.vbi sena.vel cla. l.ij.iuncta.l.heres absens.in prin.de iudi.

¶ Ubi conueniatur qui certo loco promisit. Rubrica.

2 ☞ Quot modis sumatur actio arbitraria tam ratione loci ꝙ alia ratione.
3 Generalitas recipit restrictionem de idoneitate.
Ad solennitatem contractus debet inspici locus contractus non autem locus vbi fuit collata solutio.

1 **¶ Qui certo.** †Licet solutio collata sit in certo loco:põt tñ promisſoꝛ etiã in alio loco idoneo cõueniri habeat tñ rõ in esse actoris ꝛ rei.ꝛ ideo actio dicit arbitraria.h.d.de hoc vltiõ qualiter allegat. dic vt.l.ij.ff.de eo qõ cer.lo.anveniat simul interesse vtriusqꝫ:an autẽ in diuersis tñ casibus.ita tñ ꝙ vbi venit interesse vnius nõ veniat interesse alteri⁹.dic vt ibi no. ¶ In ter.ibi si solutioni satis nõ fecit:qꝛ noluit vel qꝛ non potuit.vt ff.eo.l.j.ꝛ primo casu est in mora.ideo iustũ est ꝙ teneatur ad interesse actoris:sed nõ videt iustum ꝙ veniat interesse ipsius morosi.In secundo casu nõ est in mora:ideo videbatur ꝙ veniret interesse rei tantũ ꝛ non actoris.tamẽ dic vt.d.l.ij.vbi de
2 claraui anno ꝓterito. ¶ †In ter.ibi arbitraria actione.qꝛ datur arbitriũ iudici vt possit facere cõdẽnationẽ vltra summã in stipulatione deductaz ratiõe loci vbi collata est solutio qõ est preter naturam actionis ex stipulatione que cũ sit stricti iuris nõ videt in ea venire nisi summa in stipulatione deducta. vt.l.quicquid astringende.ff.de verbo.obli.alĩs modis sumitur arbitraria actio de quibus dic vt instit.de act. §. preterea quasdam. ¶ Venio ad gl.primam ibi in tribus casibus. Tu dic in quatuoꝛ.in aut.ex testamento.ꝛ in aut.ex stipulatu.ꝛ in certi.q.ex mutuo.ꝛ in aut.de consti.quod dicit in.ll.allega.in gl.ꝛ hec in arbitraria ratione loci.sed in his que sunt arbitrarie alia ratione puta ratione doli cõmissi in obligatione contrahenda.dic vt.l.si arbitroꝛ.in princi.de dolo.ꝛ.d.§. preterea quasdã. Actiones autẽ bonefidei non dicuntur arbitrarie rõne loci:quia in illis ex propria natura actionis potest fieri cõdẽnatio in maioꝛi quãtitate ꝙ sit in obligatione deducta cuz habeant amplam naturã vt veniant omnia que equum est venire.vt.l.fi.ff.de cõdi.ob tur.can.iuncta.l.in bonefi.ff.de eo qõ cer.lo.sequit alia glo.aduerte. ¶ In gl.seq.que incipit quolibet ibi expone ergo idoneo.hec vera.et communiter tenetur: ꝛ dic idoneo.i.in quo sortiatur forum ratione oꝛiginis vel domicilij vel alia ratione:ꝛ hoc plene examina.vt.l.j.ff.e.ti. videbatur contra.qꝛ ꝑm hoc ista generalitas nihil importat.ſz dic cõtra.qꝛ satis importat qõ videbitur non debere posse ꝙueniri nisi in loco collate solutiõis quasi videret cuilibet alteri loco renuntiatuz.Sed contrarium est qꝛ non cẽsetur stipulatoꝛ alteri loco renuntiasse sed solutionẽ contulerat in vno tantuz

BIU Cujas

1 **Damnum.** ¶†In hac actiõe venit dãnum datũ in sylua cõ burẽdo vl excidẽdo.h.d.ꝛ dic.s.ex tertio capite.vt.ff.eo.si seruus seruũ.§.iij.ꝛ sylua nõ erat cedua.alꝫ si excidẽdo dãnũ dedit:nõ daretur hec actio:sed furti:vt hic in gl.ij.secus si comburendo:qꝛ ad hoc nõ erat sylua destinata:sed ad excidenduz sic.ecce casum.

1 **Si legis.** ¶†Per hãc actionem emendatur damnũ ꝓteritũ vl si fieri potest reponitur res in pristinũ statum:ꝛ sic cessat dãnũ.h.d. ¶In text.ibi:vt id damnũ sarciat et hoc venit iure actiõis ꝛ hoc debet in libello peti ꝙ condẽnetur ad emendationem damni:ꝛ ad hoc est aduersarius obligatus:ſz si diceret se velle reponere rẽ in pristinũ statum vt nõ cõdemnetur ad estimationem totius dom[ꝰ] deberet audiri:vt sequitur in fi.ꝛ sic illud est potius in solutione ꝙ in obligatione:si cut in actione noxali vbi emẽdatio damni est in obligatione ꝛ datio ꝓ noxa est in solutiõe:ꝛ ita intelligo istũ tex.ꝛ cessant ambages de quib[ꝰ] hic per glos.ꝛ Ly.mirantur enim ꝙ actio l.aqui.deturvt res in pristinum statum reponatur.imo datur ad emendatio.damni:ideo glo.intellexit ꝙ ad reponendũ in pristinũ statũ non det hec actio:sed interdictũ qõ vi aut claz. Alij dicũt qõ imo hec actio vt ista lex cõueniat titulo. Tu autem dic ꝙ ad hoc nõ agitur nec põt peti hac actione principaliter.licet reus habeat facultatẽ faciendi. ꝛ cum hoc veniat ex dispositione.l.videt durare illa facultas quousqꝫ cõueniatur iudicati si fuerit cõdẽnatus ad emendationez dãni vt.l.item veniũt.§.cũ predixerimus.seu in.§.idẽ recte. ff.de peti.here. sed quãdo venit ex forma ꝓtractus nõ durat nisi vsqꝫ ad litẽ contest.vt.ff.de sol.l.si quis stipulatus fuerit decez in melle.sed in contrariũ facit iste tex.ꝙ principaliter possit peti. ꝛ in hoc debeat fieri cõdemnatto dum dicit vt in priorẽ statum restituat eiusdẽ iudicis cura impetrabis ꝛc.rñde ꝓ id qõ in simili dicitur.s.de pac.l.si pacto quo penam.ver.ex stipulatu agens ꝛc. nam verũ est qõ impetrabis ꝓ indirectũ.qꝛ si volet euitare cõdemnationẽ damni dati offeret se rem restituere in ꝑstinũ statum ꝛ auditur iudicis officio:nõ tamen nego si etiã facta restitutiõe adhuc agens remuneraret in damno in illo debeat cõdemnari vt in simili habetur ꝛ notatur in.l.si cũ dies.in fi.cũ l.seq.ff.de arbitris.Quãdo etiã mora purgata creditor remanet in dãno qꝛ non admittit purgatio more nisi aliud soluat.

2 ☞Qui occidit hominem qñ debeat etiam ipse occidi.
3 Absolutio facta in causa ciuili propter mortem serui an ꝓsit ne amodo possit quis criminaliter accusari.
4 Si reus fuit condemnatus an illa condemnatio seu probatio facta in vno iudicio prosit agẽti in alio iudicio vt non teneat iterum probare sed sufficiat sibi producere illum processum vel acta.

1 **Ex morte.** ¶†Propter mortẽ serui potest dñs agere non solum ciuiliter bac actione ad emendationem damni sed etiã criminaliter.l.cornelia de sicarijs.potest accusare occi
2 sorem ad penã publicã.h.d.†Et est pena mortis.qꝛ qui occi
b dit hominem[b] debet etiam ipse occidi habita distin.quis vel qualis fuerit homo mortuus aut occidẽs.Nã si magnꝰ et potens vir occidat minimuz ꝛ vilissimũ hominẽ nõ meretur penam mortis.hoc vult tex.in.l.j.post principium.ff.ad.l.corneliam de sicarijs.facit.s.de episco.audi.l.iij. ¶In tex.ibi:ꝙ criminalẽ.s.vindictam publicam ꝛ propter offensam reipublice que diuersa est ab offensa priuati hominis.vt.l.licitatio.§.qõ illicite.ff.de publi. ꝛ licet quis possit remittere suaz offensam non potest inde remittere publicam.vt.l.si minꝰ.§.item ne experiar.ff.de pac.quod dic vt in.l.trãsigere.s.de transa. ¶In prin.gl.mag.ibi alꝫ nõ.dic.s.l.cornelia.bene tamẽ potest accusari de culpa criminaliter non ex lege cornelia sed ex titulo de extraordinarijs criminibus ad penã pecuniariã vel aliam arbitrio iudicis imponendam.vt.l.respiciẽdum.§.delinquunt ff.de penis.ꝛ ibi plene nota. ¶In gl.ibi non simul supple.et vno finito poterit aliud inchoari.et hoc si primum fuit finitũ in fauorez agentis:quia reus fuit condemnatus in actione.l. aquilie.nunc vult actor accusare criminaliter.Si vero contra eum qui fuit absolutus:tunc habet locũ quod sequitur in gl. in versi.sed quid si fuit cõuentus.in glo.ibi.sz quid si fuit.In
3 ista questione quam gl.prosequitur vsqꝫ ad fi.†ꝛ ponit duas questiones.quarum vna fuit Placẽ.qui tenuit indistincte ꝙ absolutio facta in causa ciuili prosit ne amodo possit criminaliter accusari.Alia fuit opin.Accursij qui indistincte tenuit contrarium per vnam rationem que parum facit ad propositum.dicit enim ꝙ tantum valet absolutio ꝙtum condẽnatio cum solutione.Sed in isto casu cõdemnatio cum solutiõe nõ prodesset condemnato quominus posset accusari criminaliter vt dixi in precedenti particula glo.per.l. vnicam.j. quãdo ciui.act.eodem modo non debebat prodesse absolutio. Certe ista regula procedit ad cõmodum rei:vt sicut reus absolutus si iterũ cõueniatur habet exceptionem rei iudi.ita ꝛ si fuit cõdemnatus ꝛ soluit ꝛ iterum cõueniatur ad idẽ habet eandez exceptionem.vt.l.si quis cum totum.§.plane.de exceptiõe rei iudi.Et si cõdemnatio prodest cõdemnato.tamẽ dicit gl.ibi a tali ꝓdesse liberet nos deus.l.euidenter.eo.tit.sed ꝙ absolutio non possit plus prodesse ꝙ cõdemnatio cũ solutione prodest sicut absolutio.sz absolutio adhuc põt plus quia presupponit maleficium nõ esse cõmissum.cõdẽnatio ꝑsupponit contra vt si accusetur istud scõm iudiciũ cõtrariat primo in quo fuit absolutus sed nõ si fuit condemnatus.vnde doc.maxime Ly.i.d.l.vnica.qñ ciuilis act.in.iij.q.vbi multũ plene examinat istum passuz dist̃.an fuit abso.qꝛ tale maleficiũ nõ cõmisit.ꝛ sic fuit lata sentẽtia sup facto ꝛ nõ potest accusari:qꝛ replicaretur in dubiũ ꝙ ĩ alio iudicio fuit determinatũ ꝙ esse nõ debeat cũ illa sentẽtia debeat haberi ꝓ veritate. l. res iudi.de re iudi.ꝛ l.si quis cũ totuz.§.si ancillã.ff.de execu.rei iudi.aut fuit absolu.qꝛ actor non ꝓbauit:et poterit accusari et probari maleficium' qõ in alio iudicio nõ fuit proba.nec ob.l.sub specie.j.de re iud.ꝛ ff.eo.ti.ꝛ l.imperatores.vbi qui semel nõ probauit nõ admittit ad agendũ iterum etiã si velit probare per instrumẽta de nouo reperta:licet excipiẽdo qui semel nõ probauit agere bene admit.ad probã.quod alꝫ nõ proba.vt in.l. iulianus.ff.de cõdi c.ide.nam illa procedunt quãdo agẽt ad idem:sz qñ scõm iudi.ordinatur ad aliud penitus diuersuz: vt est in casu nostro:qꝛ primũ fuit actũ ad emendatio.damni. ꝛ ad vtilia priuata nũc agitur ad penam pub.ꝛ ad vindictaz publi.nũc ille qui nõ ꝓbauit in primo potest probare in secũdo etiam per viam agendi:nõ solũ excipiendi:et ista ꝓcedunt qñ ciuilis actio primo intentata,ꝑsequit dãnũ rei familiaris. Si autẽ ad vindictã ꝓuatã:vt est actio iniuriarũ in qua ille q agit non prosequit dãnum familiare vl bursale sed rancorem animi sui indistincte:qualitercũqꝫ fuerit absolutus etiaz si ex eo qꝛ nõ proba.nõ põt postea agere criminaliter:vt in.l. ꝓtor.
4 §.si dicat.ff.de iniurijs.†Sed nũc extra q̃rit si reus fuit ꝯdemn illa ꝯdẽnatio seu ꝓbatio facta in vno iudicio ꝑsit agẽti in alio iudicio vt nõ teneat iterũ ꝓbare sz sufficiat sibi ꝓducere illũ ꝓcessuz vl acta. breuiter si lata fuit ꝯdẽnatio ꝓmo in criali:

a ¶An stabit.adõ de hac.q.et dicvt ꝓ Alex. de imo.ĩ rub.ff.ꝏ no. ope. nun.col.vj. v.sed dubiũ.Cur.

b ¶Qui occidit hominẽ.Adõ an liceat occidere ꝓ defensiõe filioꝝ vxoris vel alteriꝰ cõiũcte ꝑsone. vide ꝓ Inn.i.c.oli cãz. de resti.spo.ꝛ euz seqtur Ange. i.l. qm̃.ĩ. ij. col.C.ad l.iul.de vi publi.

BIU Cujas

videt hic sufficere in ciui.ar.l.j.§.vbi cause fiscales.et.l.cognitiõe.ff.ad silleia.vbi sententia lata in cri.causa habet effectũ cõfiscandoꝝ bonorũ in causa ciui.Aut ecõuerso fuit lata in causa ciuili:ꝛ tũc non prodest vel non prosunt in causa cri.in qua requirunt ꝓbationes luce clariores vt.j.de proba.l.fi. et vide per Bar.in.d.l.ꝓtor.§.j.que est.l.iij.ff.vi bo. rap. ꝛ p Lyn. d.l. vnica.j.qñ ciuilis actio preiu.cri.

2 ☞An ille qui negauit admittatur si vult confiteri actorem releuare ab onere probãdi vt euitet cõdẽnationẽ dupli.

Statutum q̃ confitenti maleficium remittatur certa pars pene ꝛ reus primo negat an possit postea cõfiteri vt obtineat beneficium statuti.

1 **Contra.** ¶In hac actione contra negantem de mendacio cõuictum fit condẽnatio ad duplũ.h.d.Supple etiã sine nouo libello ꝛ in codẽ iudicio:licet nõ fuerit hic peritũ.qz venit ex natura actionis vt no.Bal.in.l.j.in prin.pe.co.j.de fur. Est ergo actio hec penalis in hoc.Item in alio: qz habet oculos retro cũ fiat condemnatio quãti plurimi fiat a.xxx.diebus retro etiã non contra negantem:circa qõ vide quod plene no.
2 in.l.vnde queritur.versi.qõ si legis.ff.2mo.an aũt ille qui semel negauit vt euitet cõdemnatio.dupli admittatur si vult cõfiteri ad actorẽ releuare ab onere ꝓbãdi vide qõ plene no. Bart. in.l.eum qui.ff.de iure.Et si statutum dicat q̃ 2fitẽti maleficium remittatur certa pars pene ꝛ reꝰ primo negauit: postea
a vult 2fiteriª vt obtineat beneficiũ statuti:tangitur hic p Bal. ꝛ vide q̃ no.Bar.in.q.diſpu.per eum que incipit per Italiã communiter sunt statuta.

a ¶Cõfiteri.õ hoc adde ꝛ dic vt per Bar.bal. ꝛ Sal. in aut.ℌ q.ppriã. j.õ nõ nu.pecu.ꝛ p Lud. ro. i 2fil. suo.xxj.Frã.Lur.

1 **De pecoribus.** ¶Qui dat occasionẽ dãni tenetur hac actione vtili.h.d.tex.cum glo.si eũ inclusisti pecora mea ex illa ĩclusiõe nõ recipio dãnũ: sed si ibi fame moriunt recipio dãnũ occasiõe inclusionis ꝛ ex fame ipsoꝝ ꝛ si nõ corpore tuo:tũ in corpore aĩalium meoꝝ.iõ non datur directa actio sed vtilis cũ qua cõcurrit etiã actio in factũ.

1 **De bis.** ¶In ista.l.q̃rit Lyn.qd si animalia tua per te immissa in meũ fuerũt depasta segetes existẽtes in herbis.qõ dãnum venit in hac actiõe quia segetes nõ sunt ordinate ad hoc vt depascãtur eodem modo quo herbe pratiles inquãtuz cõdẽnaberis.an in tantuz q̃tum valeret frumentum quod in de fuisset recollectum si nõ fuisset depastum.an in tãtũ q̃tum valerent herbe de prato.ꝛ dicit cõsiderandum esse q̃tum possit vẽdi dubius euentus perceptionis.arg.ff.fami.ercis.l. propter spem.non sunt alia.

b ¶Ultio.adde de ista qõne ꝛ dic vt p ℙe.õ peru. in tra.de duobꝰ frãtribus pte.v.pn,co, xij.v.xij.q̃ro.bal. ĩ 2si.lxxx.ĩ.v.vol. ꝛ Lar. ĩ 2sl.xxvij. Fran.Lur.

¶Familie erciscunde. Rubrica.

1 **Si non.** ¶Si qd hereditariũ nõ est diuisum dat hec actio vt illud diuidat.h.d.ꝛ loquit qñ alia bona erãt diuisa extra iudiciũ ꝛ remanserat vnũ pdiũ dividendũ:ſz si fuisset facta diuisio in iudicio p diuisiõe predꝛ qõ remansit indiuisuz:nõ daret actio fa.erci.sed cõi diui.ff.e.si filio.§.fa.er.ꝛ q̃ ratio:dic vt ibi subtiliter no.p glo.ꝛ tene vltimã solutionẽ gl.ad illud 2nuz.

c ¶Verba statuti. 2 ¶Statutũ q̃ vroꝛe p̃mortua vir lucretur dotẽ ꝛ contingat q̃ viuẽte patre vroꝛ vnius de filiꝭ mortua est sine liberis ꝛ sic dos debet cedere lucro mariti an cedet lucro patris mariti.

Adõ an ꝟba statuti debeãt ĩtelligi i ꝓprio significato. vide per doct. in. capitu. in nfa.de iiur.Lar. 3ab.ĩ.c.cũ dilectꝰ. in.xiij.q.de 2sue.

3 Si viuẽte patre filius vult ab eo recedere cũ vroꝛe ꝛ viuere de per se ꝛ petat a patre vt cõsignet sibi dotẽ vroꝛis et pater non vult sed dicit nolo q̃ recedatis ꝛ volo ministrare vobis expensas quid iuris.

1 **Vxor tua.** ¶In hoc iudicio filius deducit dotẽ vroꝛis precipuam si tempore diuisiõis durabat matrimonium ꝛ penes eũ dem remanet etiam matri.sol.nec tenetur eam cõmunicare cũ fratribus sed eius tãtũ lucro cedit si est pactũ vel statutum de dote lucrãda.h.d. ¶In tex.ibi.fa.er.i.officio iudicis deseruiente huic actioni.nam act.datur ad diuidendũ. Ista vero dos non diuidit:ſz ante patrem assignatur illi filio q̃ est vroꝛatꝰ sicut in simili.j.e.l.si qua petitio.ꝛ ista assignatio venit ex illa regula vel eqtate:q̃ ibi dz eẽ dos vbi sunt onera matrimonij;viuẽte aũt patre onera erãt apud patrẽ:nunc vero erũt apud illũ filiũ:nec dz audiri frater si dicat:ego suz paratꝰ stare in cõmunione tecum et sustinere onera matrimonij pro parte mea:si forte nõ expedit fratri vroꝛato si ille non esset contrariũ postulaturus:nec debet cõpelli stare secũ si non vult nã alia ratio est viuente patre q̃ eo mortuo.facit quod no.i.l. caio.§.imperator.de adi.leg.q̃idebitur autem fratri qui ex
persona patris est obligatꝰ ad restitutionẽ dotis p hereditaria portiõe per cautionẽ:qz frater ipsam percipiẽs debebit ei cauere de conseruãdo ipsum indemnẽ ab vroꝛe.vt.l.si filia.§. hoc amplius.ff.co.ꝛ nõ solũ dotẽ vroꝛis:sed dotẽ nurus sue si habet filiũ vroꝛatũ ꝛ pater ideꝝ q̃ auus dotẽ illius nurus recepit:nã ꝛ onera filij sui ꝛ nurus eũ sequunt.vt.ff.e.l.si filius. ꝛ vide hic qõ no.per Bart.in.l.si 2stante.solu.ma. in.ij.q.prin.
2 q.viij. ¶Ultimo[b] allegat ista.l.si statutum vult q̃ vroꝛe pre-
b mortua vir lucret dotẽ ꝛ 2tingat q̃ viuẽte patre vroꝛ vniꝰ de filiꝭ mortua est sine liberis:et sic dos dz cedere lucro mariti an lucro pris mariti:qz tũc erat postea cõis ĩter oẽs filios an dũtaxat lucro illius filij:qz tũc erat pcipuũ et nõ tenebit cõicare fratrib⁹. ꝛ reperit Ly.cõsuluisse p prima parte:ſz qñ vroꝛ decessit post mortẽ patris cedat lucro soliꝰ mariti per hãc.l.vt ipse no.in.l.si cũ dotẽ.§.transgrediamur.ff.so.ma.doc. dicunt q̃ primũ dictũ pcedebat iure isto quo oĩa bona questa per filium q̃rebant patri:ꝛ sic siue cederet lucro ipsius pris de directo:siue lucro ipsius filij:ꝛ sic etiã ipsiꝰ patris p indirectuz debebat esse cõmune:sicut ꝛ alia bona acqsita p vnũ ex filiꝭ:sed hodie cũ ppꝛietas aduentitioꝝ acquirat ipsi filio ꝛ vsusfr.patri.ꝛ ista lucra nuptialia sint aduentitia.vt.l.j.ꝛ.ij.de bo.q̃ li. dicendum est q̃ tale lucrũ erit pcipuum illius filij cuius vroꝛ mortua est licet pater quousq̃ vixit habuit vsumfruc.p id qõ no.per Bart.in.l.dotẽ.ff.de castrẽ.pecu.ſz in tractatu de duobus fratri.dicit esse distinguendũ qualiter statutũ loquatur an in psonam mariti:ꝛ tũc indistincte est ipsiꝰ mariti:puta si dicat q̃ maritus lucret:an in psonam recipietis dotem:ꝛ tũc habet locum distinctio Dy.alibi vꝫ dicere q̃ si viuẽte patre filius erat separatꝰ a patre:ꝛ sustinebat onera matrimonij lucrum dz esse suum ſz si viuebat cum patre:ꝛ pater sustinebat onera matrimonij lucrum dz esse patris:qz venit ꝓpter onera matrimonij:ꝛ sic nõ est merũ lucrũ.vt no.ĩ.l.si donatur.in fi.ff.de cõdi.ob cãm. ¶Tu potes ex ꝓdictis colligere distinctionem p teipsum:q̃ quelibet opi.videt habere fundamẽtũ iuris recollige in isto passu:q̃ aut vroꝛ vniꝰ ex filiꝭ moritꝫ post mortẽ patris qui dotẽ receperat:ꝛ tunc lucrũ dotis ex forma pacti vt statuti est illius soliꝰ filij cuius erat vroꝛ:nec tenebit fratribus cõmunicare.vt hic in fi.qõ intelligo verum sine iã diuiserãt bona paterna ꝛ dotis partẽ ille filiꝰ habuerat quo casu loquit hic:qz iste solus sustinet onera matrimonij tẽpore delati lucri siue nõ diuiserant:sed stabãt in cõi:ꝛ sic onus matrimonij erat cõe:nã sufficit q̃ fructꝰ dotis sint cões quousq̃ ille filius dotẽ consequatur:aut decessit viuente patre:ꝛ tunc aut loquitur ꝟm tẽpora huius.l.ꝛ lucrũ applicabitur patri: ꝛ si postea erat cõe inter omnes filios ꝟm Dyn.ꝛ alios.Aut loquimur ꝟm tpa hodierna ꝟm q̃ filius est capax ꝓprietatis
c ꝛ tunc inspiciẽda sunt ꝟba statuti:[c]nam si loquunt de marito vt ipse lucretur lucrũ erit suum:tũ pater habebit vsumfruquousq̃ viuet:nec tenebitur proprietatem cõicare cum fratribus:qz aduentitia nõ cõferuntur:vt.j.de collat.l.fi. Aut loquũ tur in persona recipientis dotẽ:ꝛ tũc applicabitur patri qui eam recepit:ꝛ sic erit cõe inter filios:aut nõ potest comprehendi de quo loquatur:ꝛ tũc si filius habitabat secum a patre cum vroꝛe et sic sustinebat onera matrimonij:et lucrum erit suũ:aut habitabat cũ patre:et sic pater sustinebat:tunc lucrũ erit patris;ꝛ sic 2municabit inter oẽs filios.ꝛ per hec reducẽ-
3 tur ad concordiam dicte opi. ¶Sed nunc quero:ꝛ istud cõcernit primũ dictum huius.l.quid si viuente patre filius vult
d ab eo recedere[d] cum vroꝛe ꝛ vinere de per se petit a patre vt cõsigent sibi dotẽ vroꝛis pater nõ vult consignare sed dicit nolo q̃ recedatis:et volo ministrare vobis expẽsas. q̃ritur qd iuris ꝛ breuiter,si de voluntate patris iam recessisset deberet audiri filius repetẽs dotẽ vt posset eam repetere officio iudicis ex eqtate de qua in.l.si is.§.j.ff.de iure do.que est vt ibi sit dos vbi sunt onera matrimonij.ꝛ ad hoc vide qõ no.Bar.in l.si cõstante.in.ij.q.principali.q.viij.ff.solu.matri.ꝛ in.l.ij.circa fi.de dote ℓlegata.nam ꝛ ipse pater coipso q̃ cõcessit licentiam redeũdi.videt etiam voluisse q̃ dotẽ rehabeant vñ viuere possint p ea que no.in.l.si longius.§.si filias.circa fi.glo. mag.ff.de iudi.ꝛ ita refert Bal.Ly.de facto respondisse ĩ ciuitate ℙerusij.ꝛ idẽ tenet Bal.ꝛ Ang.in.l.si cum dotẽ.§.transgrediamur.ff.solu.mat.Si vero nõ cõcessit licẽtiam imoꝝ tradirit tũc procedit questio circa quaz dic q̃ si habebat iustam causam recedendi:puta qz nõ poterat pacifice viuere cũ patre q̃ totũ relinquit arbitrio iudicis.tũc deberet filius audiri p ea q̃ in simili notantur de vroꝛe cui maritus relinquit alimẽta in domo ipsiꝰ testatoris.si nõ põt ibi pacifice viuere vꝫ honeste põt petere sibi ministrari alimẽta extra domũ in.l.caio. §.imperator.ff.de ali.ꝛ ciba.lega.alꝫ si nõ haberet iustã cãm nõ deberet audiri:qz innitit cõtra pietatẽ paternã.ꝛ sicut nõ

tenetur

BIU Cujas

tenetur sibi dare legitimam.ita nec restituere dotē nisi in casu solu.matri.ꝛ adde hic quod Bar.in.l.contra.§.j.ff.rerum amotarum.

1 ADuersus. †In hoc iudicio veniūt subtracta hereditate iacēte ab altero ex heredibus:ideo nō pōt intētari crimen expilate hereditatis pro illis.h.d. ¶ Pro declaratione gl.j.op.tribus modis.primo de.l.diuus.ff.de crimine expila.here.vbi tale crimen cōcurrit cum alia actione ciuili ꝛ non odiosa.iste text.vult ꝫrium qō cesset quando datur alia actio nō odiosa.vt fami.ercis.ex glos.colligunt tres so.prima qō hoc ideo non concurrit:qꝛ nec fuit cōmissum.nam vt commi ttatur requirit dolus sicut in furto.nā cum vnus ex coheredibus post aditā hereditatē aliquā rem cōem cōtrectat nō presumitur dolose facere nec cum malo animo.sed rōne partis quā habet in ea.vt in.l.merito.ff.pro socio.ista non plz qꝛ alia ratio redditur in text.in fi.qō ideo nō pōt intētari qꝛ alia actio cōpetit non qꝛ non sit cōmissum.nam pōt esse q̄ dolose Jdeo gl.soluit alio modo ibi.dū dicit alia em̄ ꝛc.q̄ istud crimen nō ꝫcurrit cum alia actione que oriat ex eodē crimine.vt hic.nam actio fa.ercis.pro rebus subtractis vī oriri ex eodem crimine ꝛ ex eadē subtractione.sed cum alia actione que non oriatur ex eodē crimine sed detur rōne possessionis:vt est rei ven.vel petitio hereditatis bene pōt concurrere vt in.l.cōtraria.ibi ergo subtrahēs nō erat coheres:ꝛ sic pōt vel hoc crimine accusari vel conueniri petitione hereditatis.ꝛ eodē modo hec petitio hereditatis bene posset cōcurrere:ꝛ ppter eam nō excluderet hoc crimen sed propter actio.fa.ercis.q̄ facit ipsum cessare.ꝛ istā solu.sequitur Ly.Alij dicunt q̄ ibi cōtra diuersos hic cōtra eundem. ¶ Sed opp.secūdo q̄ istud crimen nō cōmittat ꝛ sic nō habebat dubiū ista lex.vt in.l.ī.ff.de crimi. expil.here.sol.verū est si hereditas erat adita ꝛ possessio apprehensa:nā tunc cōmitteretur furtū qō est crimen ordinariū ꝛ sic facit cessare extraordinariū:vt est istud.hoc aūt debet intelligi vt habeat dubium qō pos.non erat apprehēsa vī non committitur furtū.iuxta ea que plene habētur in.l.si homo. ff.de vsuc.ideo recurrit ad hoc crimē extraordinariū q̄ ꝫmittitur cū cessat furtum.tū ppter aliam actionē non intentatur sed oppo.qō nō referat foret apprehēsa pos.vel non.vt.l.ꝛputo.§.ī.ꝛ.l.qui erat.ff.eo.So.illud verū in fa.erc.que cōpetit sine pos.erat apprehēsa siue non tēpore subtractionis.ſz aliud est crimen expil.here. ¶ Ultimo in gl.fi.oppo.q̄ imo debeat concurrere cum act.fami.erc.qꝛ crimē expil.here.proponitur ad penā extraordinariā imponēdā.sed act.fa.erc.ad res subtractas consequēdas vī cum tēdant ad diuersa nō debet altera per alterā impediri maxīe postq̄ vna est finita ꝛ terminata iuxta ea q̄ habent.§.tit.j.l.ex more.Gl.ppter hoc miratur de isto tex.ꝛ dicit ipm debere intelligi in act.in factū que oriꝛ ex quolibet crīe ad consecutionē dāni vel interesse.iuxta ea q̄ habent in.l.nec quicq̄.ff.p soc.ꝛ.l.querelā.de fal.vt illa tanq̄ extraordinaria nō concurrat cum ista q̄ est ordinaria.Leterū accusatio hui⁹ ꝛ inimicis ad penā extraordinariā imponendam non videt gl.quare ꝺz cessare ppter hoc q̄ ista actio competebat licet loquatur forte sub dubio.

2 ☞Si pater filio doctori dat libros ꝛ vestes doctorales ꝛ alia similia q̄ doctori cōueniunt statim efficiunt quasi castrēsis peculij ꝛ statim valet donatio.nec cōmunicantur cum fratrib⁹ nec debent ei computari in portionem suam.

3 Si donat eidem predia talis donatio non transit in quasi castrense peculium.
Quid si donaret alias res mobiles.

4 Jn bis que donātur filio militi ab alio q̄ a patre occasiōe tī militie puta a commilitone transeunt in castrense peculium: ꝛ si donantur a patre an videātur donata potius causa filiationis q̄ causa militie.

1 SJ filiusfa. †Castrēsia in diuisione deducūtur precipua. Secus si nō
2 sunt castrēsia.h.d.Bar. ¶ †No.hic casum q̄ si pa
a ter filio doctori dat libros[a] ꝛ vestes doctorales ꝛ alia similia que doctori cōueniunt statim efficiūtur quasi castrēsis peculij:ꝛ statim valet donatio:qꝛ filiusfa.q̄tum ad castrēse peculiū pro patrefa.habeꝫ vt in.l.ī.ff.ad mace.nec posset postea reuocari.nec debēt cōmunicari cum fratrib⁹ nec debent sibi ꝫputari in portionē suam.ſz habere precipua.ꝛ reli
3 qua debent cōiter diuidi. ¶ †Secūdo no.q̄ si donat eidē predia:talis donatio nō transit in quasi castrēse peculium.ꝛ idē esset si donaret res mobiles nō aptas ad militiam legalē.nisi ista donaret vt vēderet ꝛ emeret libros vel alia apta ad scientiam legalē emeret ꝑm Guil.de cu.talis enim donatio nō valuit a principio:sed morte cōfirmatur si nō fuit reuocata que pōt reuocari vsq̄ ad mortē.vī licet hic in ver.predia autem dicatur qō non sunt castren.peculij tī aliud dicit an debeat esse sua precipuavel nō:vī debet distingui an donatio fuerit reuocata:ꝛ tunc sunt precipua illius sicut castrēsia.vt.j.eo.filie.aut fuit reuocata:ꝛ tūc secus.ar.j.de colla.l.si donatione.

4 ¶ †Ultimo no.q̄ in bis que donant filio militi ab alio q̄ a patre occasione tī militie puta a commilitone trāseunt in castrense peculiū indistincte siue sint mobilia siue immobilia ꝛ siue apta ad militiam siue nō:qꝛ nō nisi causa militie fuerūt donata sed qū donantur a patre si nō sunt apta ad militiam vident potius donata causa filiatiōis q̄ causa militie.hec est ratio huius.facit.l.ij.de castren.pecu.

2 ☞Jniuria ꝛ offensa cēsentur remitti tacite si partes postea familiariter ꝛ amicabiliter se tractēt ꝛ adinuicē sibi seruiāt. Quid in iniuria reali.

3 Testator habēs plures seruos si in testamento dixit cuilibet ex seruis meis relinquo tantū.an p hoc videat remittere offensam illis a quibus fuit offensus.

1 AIpsius. †Juder diuisionis nō debet sequi voluntatem testatoris a qua ipse recessit expresse vel tacite:ſz vltimā voluntatē in qua remansit.h.d.ꝛ est pulchra.Quidā em̄ testator cū fuisset grauiter offensus a duobus seruis irat⁹ cōtra eos mādauit in testō q̄ vnus poneret in ppetuis carceribus:alter aūt venderet exportādus vltra mare:ista volūtas si ab ea nō fuisset recessuꝫ fuisset seruāda vno ex heredib⁹ hoc petēte:etiā si alij ꝫdicerent p.l.bis consequēter.§.ī.ff.eo.que vult qō vnus ex heredib⁹ possit cōpellere alterꝫ ad seruandā voluntatē defuncti ſz ex ea nullū cōmodū consequerent.Nā potuit vindictā sumere de seruis suis.vt.j.de emē.ser.p totū ꝑm Guil.de cu.ſz hic filijs instantib⁹ qō seruaret:vroꝛ defuncti ꝫdicebat asserēs q̄ defunctus ei pepercerat:ꝛ in gratiam suam eos reduxerat:ꝛ sic ab illa dispositiōe tacite recesserat ꝛ ostēdebat qꝛ postea grata seruitia ꝛ merita impēderūt ita qō manifeste poterat comprehēdi volūtas defuncti:vī ꝫpetebat q̄ dicta volūtas nō seruaret.Jmperator respōdet q̄ si ita est
2 nō debet seruari qꝛ fuit in sua ptāte ab illa recedere. †Allegatur ista.l.qō iniuria ꝛ offensa cēsentur remitti tacite si partes
b postea familiariter[b] ꝛ amicabiliter se tractent ꝛ adinuicē sibi seruiāt.ꝛ hoc in iniuria verbali.in literali vero magis est dubium ꝑm Guil.de cu.qui remittit ad no.in.l.si nō ꝫuicij.j.de
3 iniur. †Sz quero si iste testator haberet plures seruos ꝛ in testamēto dixit cuilibet ex seruis meis relinquo tantū an p hoc videatur remittere offensam illis duob⁹.Et certe si cōprehēderentur in ista generalitate videret remisisse.sed dic q̄ non ꝫprehendunt.vt.l.lucius.§.luci⁹ titius.ff.de leg.iij.opz ergo q̄ specialiter aliquid gratū exhibeat cōtra illū offendētes vt b videatur eis remisisse offensam.

1 EAque. †Nomina per hoc iudicium nō veniunt diuidēda cū sint ipo iure diuisa.h.d.Sed beneveniūt adiudicanda cum expedit.qō dic vt.l.ij.in fi.l.seq.ff.eo.

1 SJqua. †Jn hoc iudicio per officiū iudicis deseruiēs huic actioni res prelegate vni ex heredib⁹ adiudicant ei cui prelegate sunt nō ergo iure actionis sit ista adiudicatio:qꝛ ista actio dat ad diuidendū hereditatē ꝛ etiā ad adiudicādū qū aliter nō pōt commode diuidi:ꝛ sic adiudicatio succedit loco diuisionis.hic vero non prelegata sunt hereditas.

2 ☞An in vno ꝛ eodē libello possim petere q̄ hereditas patris vel matris que sunt communes inter te ꝛ me diuidātur.

1 SDna. †Pro pluribus hereditatib⁹ diuidēdis inter eosdem vnū solum iudiciū
2 fami.ercis.habere sufficit.h.d. †Et sic in vno ꝛ eodem libello possum petere qō hereditas pris vel matris que sunt cōmunes inter te ꝛ me diuidant.nec est dare duos libellos vel duo iudicia agitare ſz pro qualibet earum detur mihi actio fami.ercis.ꝛ sic due actiones.tamen qꝛ sunt eiusdem generis ꝛ forme sufficit qō vnica initiet pro ambabus:imo etiā si essent plures:vt patet hic.ꝛ.ff.eo.l.coheredes. §.de pluribus.similiter.ff.pro socio.l.actiōe.§.si communis. ꝛ.l.nō est nouum.ff.de actione emp.sed qū non sunt eiusdem generis ꝛ forme videtur qō requirantur diuersi libelli per ea que not.Barto.in.l.edita.ſ.de eden.in materia cumulationis.Sed in ꝫrium quod sufficiat etiam tunc vnus libellus. vt.l.si idem cum eodē.de iurisdom.iudi.ꝛ quod not.in.c.que relam.de electio.Breuiter dici potest pro primo casu qū sunt eiusdem generis ꝛ forme sufficiat vnus libellus:nec habeat pro pluribus:sed in secundo casu licet sufficiat vnus libellus tū reputantur tot libelli quot sunt actiones diuerse.ꝛ etiam

a ¶ Bat libros.adde Bar.i.l.donationes.i.§.pater. ff.de don.ꝛ Bal. in.l. oīmodo.i.§. imputari.ō inofi.test.Bar.ī tractatu ō duobus fratribus.

b ¶ Familiariter. Adde gl.in.§.in summa.īsti.ō iniur.ꝛ Bal.ī aut. si dicat.j.ō test.ꝛ viō Alex. ī.l.j.ff. ō pac.Et adō qō etiā iniuria intelligitur remissa si vnus ꝫstituatur tutor ab altero.l. athlete.ꝛ ibi gl.ꝛ bar.ff. ō excu.tu. ꝛ ī.§.inimicicie. ꝛ gl.ꝛ ibi ēt doc. ī.§.inimicitie. in sti.ō excu.tu. Jtē p indicia p̄sumitur remissa vt qī vn⁹ seruit alteri vt per Bal. hic. Et aliū casum vide p eūdē in.c.j. colū.iij.de pbi. feu.alie. p Fede. itez legatū factū per vnū alteri.l. ij.ꝛ ibi Bar.ff.ō adi.le.Et qū ītelligatur remissa p solutionē vide p Arch. in.c.olim. de iniur.ꝛ dāno dato. Fran.Cur.

BIU Cujas

res q̃ petũt ⁊ hoc est vtile si deberet solui gabella ex forma statuti. q̃ in primo casu vnica tantum soluetur. In secundo pro tot libellis quot sunt res vel actiões diuerse in eadẽ chartula deducte facit q̃ no. in. l. j. §. si plura. ff. ad treb. ⁊ tot videbañ iudicia ⁊ tot cõtest. litis ⁊ tot sententie ⁊ sic poterit valere in vna ⁊ in altera non sed in primo casu q̃ est vnum iudicium ⁊ vnica snīa non potest pro parte valere ⁊ pro parte non vt. l. in hoc iudicio. ff. eo. tene menti: q̃ notabilia sunt licet per docto. non tanguntur.

1 NOn est. †Hec actio est bonefidei ⁊ in ea veniunt fructꝰ etiam cõsumpti sicut in petitione hereditatis. b. d. Et pone casum q̃ dam hereditas erat cõmunis inter te ⁊ me tu tñ solus possedisti bona fide credẽs te solũ heredẽ. ⁊ fructꝰ percepisti ⁊ cõsumpsisti ego peto hereditatẽ diuidi ⁊ te cõdẽnari ad fructus perceptos ex mea dimidia. Tu dicis q̃ sunt cõsumpti. ⁊ q̃ bonefi. possessor non tenet restituere fructus consumptos etiã si sit effectus locupletior imo eos lucratur pro cultura ⁊ cura. insti. de acqui. re. do. §. si quis a nõ domino. ⁊ l. ex diuerso. in prin. ff. de rei vẽ. sed certe illud in reivẽ. que est actio particularis ⁊ stricti iuris. Aliud in peti. here. q̃ est vniuersalis ⁊ bonefidei in qua veniũt fructus cõsumpti si possessor bonefi. est effectus locupletior. l. item veniunt. §. pridie. ff. de peti. her. Idẽ ergo ī actio. fa. erc. q̃ similiter est bonefi. ⁊ vniuersalis actuꝫ aptitudine etiã plus q̃ peti. hered. vt. l. si filia. fami. erc. cũ ibi no. Bar. tñ videt tenere in. d. l. ex diuerso. q̃ ẽt in reiven. veniunt fructus cõsumpti si ex eis possessor bonefi. fit effectus locupletior ex equitate. l. si inter me ⁊ titiũ. ff. si certa. nõ solũ in fructibus naturalibus quoꝝ nõ fuit effectus dñs sed etiã in industrialibus quorum fuit effectꝰ dominus.

2 ☞ Si testator nõ distribuat bona hereditaria inter omnes heredes sed vni tantũ facit aliquod prelegatum q̃ ille possit repudiare portionem hereditatis ⁊ retinere prelegatum. Si distribuit bona inter omnes an repudiãdo quis portionem videatur etiam repudiare illam assignationem.

3 Clausula generalis an limitet per specialem precedẽtem vel sequentem an autem per eam augeatur specialis.

1 QVoties. †Si testator inter plures vniuersaliter instituꝫ diuidat bona hereditaria inequaliter: seruanda est diuisio p testatorem facta: lz nõ cõueniat portionibus heredi tariis: dũmodo nullus fraudet quarta que sibi debet a iure: ⁊ verba generalia sequẽtia intelliguntur ⁊ regulãtur ꝑ ñ specialia precedẽtia: nõ aũt per ea censet a specialibus recessum b. d. Et pone casum q̃ testator instituit duos vel quatuor heredes vniuersaliter ⁊ equaliter: postea in eodẽ testõ ne inter eos oriretur discordia in diuidẽdo cuilibet eorum assignauit certa bona pro parte sua: ita q̃ omnia bona remanent diuisa ⁊ ista diuisio nõ fuit equaliter facta ꝑ ñ q̃ facta fuit institutio q̃ bona assignata vni plus valebant q̃ assignata alteri isti sunt heredes equaliter ⁊ equaliter agere possunt ꝯtra debitores hereditarios. In rebus autem corporalibus sic p testatorem distributis nõ sunt equales: ideo partẽ in eis habẽt iure hereditario scz equalem alterã vero partẽ habẽt iure prelegati. vt. l. ex facto. ff. de here. insti. ideo si alter cui minus fuit assignatũ nõ hz integrã quartã sue portiõis q̃ sibi debet: vel pro legitima debita iure nature vel pro falcidia iure insti. dicta diuisio dz saluari salua falcidia vel quarta: vt sibi suppleat. Sz pone q̃ assignauerat seruos inequaliter postea ī fine testamẽti rogauit heredes vt haberẽt istos seruos recommẽdatos. ⁊ bene tractarẽt dicebat q̃ videbat ꝓpter hoc recessisse ab illa assignatione q̃ eos seruos recõmendauit oĩbus heredibus. Si ergo mihi recõmẽdauit illos quos tibi assignauerat videtur ab assignatiõe recessisse alꝫ nõ possem ipos habere recommendatos. Contrarium tamen determinet q̃ hanc generalẽ recõmendationẽ censet retulisse ad quemlibet eorũ pro illis seruis qui sibi assignati erant nõ pro alĩs qui erãt alĩs assignati. ⁊ sic nõ videt recommẽdasse eos seruos omnibus heredibus sed omnes illis heredibꝰ quibus erant assignati. b. d. in effectu. ¶ In ter. ibi successionẽ diuidit. i. bona hẽditaria que nõ sunt hereditas nec successio cũ illa cõsistat in iure etiã aliquo corpore. vt in. l. hereditas. ff. de peti. here. ⁊ ista erat cã dubitandi q̃ si eos equaliter instituit heredes ⁊ postea distributionem bonoꝝ facit inequaliter videbat nõ seruandã sed potius inspiciẽdã esse equalitatẽ factã in institutione tã ꝑ ñ in principali vt illa attraheret ad se bona hereditaria q̃ sunt accessoria sed ẽ ñ est: q̃ licet inequaliter ĩstituerit poterat tñ alteri eoꝝ facere prelegata que etiã erant seruãda. vt. ſ. eo. l. si qua petitio eodẽ modo si distribuit oĩa bona inter eos cũ talis distributio vim habeat ꝓlegatoꝝ. vt. l. ex facto. ff. de here. insti. †Aduerte tñ ad vnũ satis notabile: qõ si nõ distribuat inter oẽs: ſz vni tñ facit aliquod ꝓlegatũ: ille põt repudiare portionẽ hereditatis ⁊ retinere ꝓlegatũ. ſz q̃ distribuit inter oẽs talis distributio lz habeat vim prelegati tñ succedit loco portionũ hereditariarũ: ⁊ ideo si qs eoꝝ repudiaret suã portionẽ hereditatis ī qua fuit institutꝰ nõ posset retinere bona sibi assignata pro sua portione: q̃ loco illius succedit illa assignatio: ideo repudiãdo portionẽ etiã illã assignationẽ repudiare videt. tex. est sing. in. l. quid ergo. la. ſſ. ff. de le. j. cũ. ll. ꝓceden. ⁊ l. filio pater. cum se. que cõtinuañ: tene mẽti singulariter in tex. ibi cõmendanda putauit heredib⁹. quid si nõ erãt nisi duo heredes ⁊ vni assignauit seruũ alteri nullũ assignauit: postea vero loquẽdo in plurali cõmẽdauit heredibꝰ suis seruũ: certe istud plurale nõ põt referri ad illũ solum cui assignauit salua rõne recti sermonis: ⁊ sic videt inclusisse alium cui nullũ assignauit vt̃ ergo per hoc recessisse ab assignatione. ar. eius q̃ not. per glos. in. l. meuius. §. eum qui. ff. de le. ſſ. per. l. legatoꝝ. §. qui plures. eo. tit. Cogita q̃ super hoc dubito cum ratio faciat pro ista parte: sed alia ratio facit in ñ̃ium q̃ ita cito nõ censet penituisse. vt. l. nã ⁊ ea. cũ ibi no. ff. de cõdi. ⁊ demon. ¶ †De materia aũt huius finis: an clausula generalis limitet per specialẽ precedentẽ vel sequẽtem: an autẽ per eam augeat specialis: dic vt plenissime ⁊ subtiliter ⁊ pro funde tractat per Bar. in. l. quesitũ. §. j. ff. de fun. instru. ꝓ declaratione gl. j. que est notabilis: ⁊ propter eam allegat pluries ista. l. ꝑmitte q̃ text. loquit q̃ testatoꝝ expresse aliquos heredes instituit vniuersaliter. ⁊ sic apparet q̃ voluit facere testm̃ licet postea distribuerit bona que distributio põt fieri etiã in codicillis cũ habeat vim prelegatoꝝ que possunt in codicillis relinqui. Sz pone q̃ nõ apparet aliquos instituisse: sed bene apparet q̃ ī ꝑsentia testiũ ⁊ notarij distribuit bona inter filios vl̃ alios venictes ab intestato: ⁊ q̃ ista distributio potest fieri tam in testamẽto q̃ in codicillis vt dictũ est dubitatur quid presumit voluisse an testari an codicillari: ⁊ an decederet testatus vel intestatꝰ: ⁊ vtilitas hui⁹ inuestigationis est: q̃ si haberet posthumũ de quo nullam mẽtionẽ fecisset si voluisset facere testamentũ rumperet ꝑ natiuitatẽ posthumi preteriti: ⁊ sic etiã illa assignatio q̃ est sequela testamẽti. nõ sic si voluisset codicillari: q̃ codicillus vel vltima volũtas nõ rũpitur p natiuitatẽ posthumi. vt. j. de cõdi. l. j. ⁊ sic illa assignatio remanet firma salua tñ portione posthumi. glos. mirabiliter distinguit: aut hoc fecit ī volũtate solẽni. i. coram septẽ testibus: ⁊ tunc censetur voluisse facere testm̃. aut fecit sine solennitate requisita: vt coram duobus vel tribus: ⁊ tunc gl. distinguit an fecit assignationes p quotas ⁊ idẽ si dicat q̃o potest dici testatus si nõ adhibuit solennitatẽ rñdetur q̃ cũ instituit filios põt testari sine solennitate. vt. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. j. de test. ⁊ j. eo. l. fi. nõ tamen presumitur q̃ñ nõ facit expressam insti. nisi alterꝫ de duobꝰ faciat vel q̃ adhibeat debitam solẽnitatẽ vel q̃ distributionẽ faciat per quotas. Si vero per singulas res tũc censet voluisse codicillari. q̃ñ autẽ facit expressam institutionẽ nõ refert an adhibeat solẽnitatem vel non si testat inter filios nec refert faciat distributionẽ per quotas vel per singulas res q̃ semper presumitur voluisse testari ⁊ valet testamẽtũ iure speciali. ita intellige q̃ no. j. e. l. filii. in gl. Itẽ est vtilis ista inuestigatio pp id quod no. p gl. in aut. nouissima. ſ. de inoffi. test. q̃ q̃ñ apparet q̃ voluit testari debet relinquere legitimam iure insti. alias nõ valeret. Secus si voluit decedere intestatus. Illud tñ dictũ non videtur procedere nisi q̃ñ aliquos vniuersaliter instituisset ⁊ nõ quotam sed aliquam rem particularẽ reliquisset. Si autem equaliter ĩter filios distribueret q̃ ista distributio loco portionũ hereditariarum succedit nõ põt filius conqueri q̃ sibi non est relicta iure insti. Tene mẽti istam gl. ꝑ ñ quã Bal. dicit se pluries consuluisse: ⁊ q̃ nõ habemus meliorẽ: alie glos. sunt per predicta expedite.

2 ☞ Statuta excludentia feminas extantibus masculis sunt contra ius commune.

1 INter filios. †Hereditas patris ĩter filios masculos ⁊ femi-
2 nas equaliter diuidẽda est. h. d. †Et sic ptz q̃ statuta excludẽtia feminas extantibꝰ masculis sunt cõtra ius cõmune. Itẽ intellige istã. l. in bonis allodialibꝰ. Secꝰ in feudalibꝰ que nõ transeũt ad feminas ſz masculos tantũ.

2 ☞ Lucrum acquisitum per filium ex peculio profectitio an mortuo patre diuidi debeat inter omnes.

3 Si filius non habet peculiũ profectitium debitũ ñ̃tum per eum viuente patre non onerat fratres vt teneañ soluere pro eo sicut nec patrẽ etiam si communiter viuerent ⁊ quid si sit contractum post mortem patris. ⁊ nu. 4.

Si pater

BIU Cujas

Si pater tale debitū soluit pro filio an debeat filiꝰ sibi in suā portionē computare cum venit ad diuisionē cum fratribus.
4 Quid si tale debitum obueniat ex culpa ipsius filij vt qꝛ captus ab hostibus vel latrunculis.
Quid de impensa quam pater ei fecit in studio.

1 CErtum. ¶Peculiū profectitiū vni ex filijs cōcessuꝫ mortuo patre diuiditur inter oēs pro portionibꝰ hꝛēditarijs: deducto tū eo in quo ille filius erat obligatꝰ ex ℨctu peculiari. h. d. Nam ex illo ℨctu ipse filius erat obligatꝰ suo proprio noīe insolidū. pater vero de peculio: ⁊ ista obligatio patris q̄ erat prætoria diuidit ītер oēs filios ⁊ heredes: ⁊ sic creditores possunt quēlibet ex heredibꝰ conuenire pro rata. Item possunt illum filiū conuenire insolidū ex sua obligatione qꝛ tū istud est debitū peculiare: ⁊ solutio dꝫ fieri de ipso peculio. vt. l. frater a fratre. ff. de cōdi. inde. idcirco iste filius dꝫ a fratribus cō seruari indēnis: ⁊ cōseruatio est vt de illo peculio detrahat tātum quantū ascendit debitū si iam condēnatus est: sed si non esset condēnatus dꝫ sibi cauere de cōseruando ip̄m indēnem. ⁊ subtiliter habeꝫ in. d. l. frater a fratre. ¶In tex. ibi in hereditate diui. non dicit conferēda. nam illa conferunꝫ que sunt illius qui ꝓfert bona q̄sita p eum post emancipationē q̄ sunt sua: ⁊ in filia q̄ confert dotē q̄ similiter est sua. vt in. l. iij. §. sed
a vtrū in fi. ff. de mino. ¶Peculium aūt profectitiū[a] nō est ipsius filij cum datū fuerat. lꝫ in sua administratione. Sed mortuo patre desinit esse peculiū ⁊ idē iuris est de ipso q̄ de alijs bonis hereditarijs vt diuidantur pro hereditarijs portionibꝰ.
2 Sed † qd de lucro acquisito per filiū ex dicto peculio loquor de iure hodierno quo filiꝰ est capax adquētitioꝝ: qꝛ de iure isto nō erat dubiū q̄ etiā illud veniebat diuidendū inter oēs filios. Bar. tenuit q̄ dimidia pars lucri attribuatur laboꝛi ⁊ operi ipsius filij: ⁊ sic censeatur adquētitium ⁊ suum proprium quousq̄ pater vixit debuit habere vsumfructū dicti lucri. altera vero dimidia attribuaꝫ ipsi peculio ⁊ illa veniat diuidēda inter omnes inter quos etiam ille idem filius reputabaꝫ. l. ab oībus. §. pe. l. j. Bal. hic videꝫ tenere q̄ imo totum diuidatur qꝛ filius censetur operatꝰ patri ⁊ nō sibi q̄ posset procedere si hoc appareret alꝫ presumitur operatꝰ sibi. Q̄ autē integra dimidia attribuaꝫ laboꝛi ⁊ operi. suis non approbat Bal. sed dicit relinquēdū arbitrio iudicis. ⁊ ſm ℨsuetudinē loci. posset eñ cōtingere q̄ modica opera ⁊ modicus laboꝛ filij versaꝫ. Tāgit etiā hic Bal. aliquas. q. vtiles ſm Nic. maque cōueniunt illi tractatui quem fecit Bar. de duobꝰ fratribus ⁊ Bal. ip̄m compleuit. ¶In tex. ibi obligatus fuerit ex quibus ℨctibus ipse filius p̄ōt insolidū cōueniri mortuo patre si sibi successisset vltra legitimā si aūt non successit vel non vltra legitimā: vt si fuit exheredatꝰ vꝫ repudiauit hereditatē nō p̄ōt cōueniri nisi quatenus facere p̄ōt. vt. ff. q̄ō cum eo. l. ij.
3 ⁊ per totū. ¶† In tex. ibi vltra nō p̄ōt. † Not. ergo q̄ si filius non hꝫ peculiū profectitiū debitum ℨctum per eum viuente patre nō onerat fratres vt teneaꝫ soluere pro eo: sicut nec patrem. vt. j. de filijs p patre per totū etiā si ℨmuniter viuerent ⁊ lucra inuicē cōmunicabant: qꝛ nō ꝓpterea videbatur ℨcta inter eos societas cū non cōtemplatione societatis ℨbende: sꝫ ꝓpter patrē quē sequi tenebaꝫ cōmuniter sic viuebāt. Si ergo pater tale debitū soluit p filio dꝫ filiꝰ sibi in suā portionē cōputare cū venit ad diuisionē cū fratribꝰ siue desecēdat ex cōtractu siue ex delicto circa q̄ vide q̄ no. p Ja. de are. Bar. in l. stichus. ff. de pec. lega. Sed si facto suo vel culpa tale debitū obueniret: vt qꝛ fuit captus ab hostibꝰ vel latrūculis ⁊ pater ipsum redemit censeꝫ hoc fecisse causa pietatis ⁊ non teneꝫ in suā portionē cōputare. vt. j. de capti. l. libertatibꝰ. sicut nec impēsam quā pater sibi fecisset in studio. vt. l. q̄ pater. ff. e. Si vero cōtraxit debitū post mortē patris tēpore quo simul vinebāt ⁊ lucra inuicē cōmunicabāt modo qꝛ videbaꝫ cōtracta societas oīm bonoꝝ iuxta not. in. l. titiū ⁊ meuium. §. altero. ff. de admi. tu. tale debitū deberet cōmuniter solui si ℨcernat cō modum societatis. alias secus vt si culpa sua fuit ℨctum. vt. l. cum duobus. §. damna. cum. §. seq. ff. pro soc. Non sunt alia.
2 CSi inter duos fratres vna ⁊ eadem res fuit diuisa puta vnum predium ⁊ dimidia quam vnus habuit ex diuisione fuerit euicta quando non teneatur alter de euictione.
3 Diuisio an sit contractus innominatus.
4 Si feudum alicui obuētum ex diuisione reuertaꝫ ad dñm qꝛ decessit sine filio masculo licet relicta femina an possit femina agere de euictione. ⁊ quid si alius frater euincat.

1 SI familie er. † Ex diuisiōe etiam facta iudice mediante tenetur quis de euictione per actionē prescr. verbis
2 nisi fuerit expresse actum ℨtium. b. o. ¶† In textu ibi euentum. i. periculū. ¶In ter. ibi pro parte agnoscere: qꝛ si prediū q̄ō tibi fuit euictū valebat cētū: medietas debet esse deperdita ad damnū tuū quā habebas tuo iure. altera dimidia quā habebas a fratre debet esse perdita ad dānū illiꝰ. dꝫ ergo frater tuꝰ te restaurare de illa dimidia: ⁊ sic eritis equales. loquiꝫ ergo hic ſm Guil. de cun. q̄ fuit euicta res que in totum erat tibi adiudicata: si aūt vna ⁊ eadē res fuisset inter vos diuisa: puta vnū prediū q̄ō videbaꝫ cōmune pro indiuiso: ⁊ tūc fuit diuisum si dimidia quā habuisti ex diuisiōe fuit euicta si quidē facto ⁊ culpa fratris tui qꝛ obligauerat partē suā pro indiuiso. Et sic portio q̄ tibi euenit pro diuiso quatenus habes ab eo remāsit obligata. vt. l. si consensit. §. fi. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. ⁊ creditoꝛ a te euicit per hypothecariā similiter ꝛges de euictio. si aūt sine facto fratris tui vt qꝛ erit aliena nō debetur euictio qꝛ sicut tibi ablata est tua dimidia ita poterit auferri fratri tuo altera dimidia ī qua euidēs hꝫ idem ius: ⁊ licet non auferaꝫ vel qꝛ ille nō vult: vel qꝛ nō p̄ōt taliter impeditus: vel qꝛ succubuit cum eo lꝫ tecū obtenuerit hoc dꝫ cedere lucro tuo: ⁊ sic non teneꝫ de euic. ſm Guil. de cu. q̄ō tene menti. facit. §. de inoffic. testa. cum duobus. Videbaꝫ aūt quod in diuisione non veniret euic. qꝛ quilibet videreꝫ in se suscepisse periculū sue partis. ar. ff. de act. emp. l. si actū. sed contrarium est imo in dubio nō videtur aliquis eorum suscepisse in se periculū nisi expresse fuerit dictum vt hic in ver. vt
3 vnusquisq̄ ⁊ c. ſm eundē Guil. ¶† Opp. pro declaratione gl.
b q̄ō nō agatur ac. pre. ver. qꝛ illa datur ex ℨctu īnominato: [b] diuisio vero nō videtur ℨctus innominatus: sed potius distractus cōmunionis. gl. dicit q̄ō imo: qꝛ in ea vertiꝫ quedam permutatio: si enim vnus fundꝰ adiudicatur sibi in quo frater tuus habet dimidiā: ⁊ alter fundus adiudicaꝫ sibi in quo tu habes dimidiā videris dimidiam quā habes in illo permutasse cū dimidia quā ille habet in tuo: ⁊ permutatio est ℨctus innominatus ex quo oritur actio pre. ver. vt. j. de re. pmu. l. ex placito. ⁊ no. in. l. j. seu super rubrica. ¶Scōo opp. de. l. si fra-
b tres. j. tit. ij. so. ibi sciebas fundū qui tibi obuenerat in partē esse alienū que scientia impedit agi de euic. vt. j. de euictione. si fundū. hic ignorabas. ¶Sed cōtra tertio: q̄ō etiā si sciebas agere possis saltē ad restitutionē veri pretij: lꝫ nō ad interesse. vt. l. emptoꝛē. §. fi. ff. de actio. emp. Glos. dicit q̄ō ibi loquitur in emptoꝛe: hic in diuidēte qui sciebat rem sibi adiudicatam esse alienam nihil p̄ōt petere etiam estimationē veram: qꝛ videtur in se suscipere periculū: ista ratio non vꝫ bona: licet eñ sciens videatur in se suscepisse periculū nō sic alter. vñ Guil. dicit se putare q̄ō saltē ad estimationem partis euicte possit agere. Bart. tenet glos. ⁊ dicit eam esse singularē: ⁊ aliud foꝛe in emptoꝛe qui soluit manualiter pretiū vt possit ip̄m recuperare: lꝫ sciuerit rem alienā. nisi expresse fuerit dictum ℨtium: aliud in diuidente qui nō soluit pretium sed partē quam habebat in alio fundo dedit pro ista que euicta est vt videatur suscepisse in se periculū postq̄ sciuit rem alienā ⁊ posse euinci ⁊ ista fuit mens glos. qꝛ sic cconuerso alter censetur eodē modo in se suscepisse periculū rei sibi adiudicate. ¶Nec ob. ter. in ꝓncipio. j. qꝛ loquitur q̄n vterq̄ ignorabat quo casu neuter vꝫ in se suscepisse periculū rei sibi adiudicate. Si aūt vterq̄ scit vel alter scit: alter ignoraꝫ: qꝛ periculum p̄ōt esse reciꝓcum ista gl. vult q̄ō quilibet eoꝝ videaꝫ in se suscepisse periculum non sic q̄n non p̄ōt esse reciꝓcum: vt in emptoꝛe. tene menti glos. hāc ſm Bart. qui tū nō declarat eam. ¶Tertio opp. de l. cum pater. §. euic. de le. ij. So. ibi diuisio fuit facta per testatoꝛem: vñ ex ea non resultat ℨctus permutationis inter partes: hic fuit facta per ipsas partes licet iudice mediāte: vñ resultat ille ℨctus ex quo oritur ista actio ⁊ vide circa materiā Bar. post gl. ⁊ alios doc. in. l. qui rome. §. duo fratres. de ver.
4 obli. vlti. ⁊. xj. q. ¶† In glos. ibi item quid. dicit ¶Det. banc. q. tatuam esse: qꝛ euictio non debetur nisi q̄n res euincitur culpa autoris mei asserentis rem suam cum nō esset vel non esse obligatum cum esset: vt. l. ⁊ hec distinctio. ff. locati. sed si mihi assignatur feudum in partem frater meus in nulla culpa est qꝛ non asserit rem esse allodialem. i. propriam: si enim asseret: ⁊ ego ignoraꝛem sine dubio locum haberet euictio ⁊ non procederet ista glo. sed ex quo asserit rem esse feudalē hunc casum euenire posse ꝓspicere debui. vt. l. si quis domum. §. j. ff. loca. si ergo feudū reuertitur ad dñm qꝛ decessit sine filio masculo: lꝫ relicta femina: nō potest femina agere de euic. ¶Plus dicit Bal. q̄ō etiā si frater meꝰ euincat: qꝛ feudū erat paternū ⁊ sic propter defectum masculi venit ad patrē agnatū nō tenetur frater huic femine de euic. qꝛ nihil facit contra diuisionē sicut in si. in. d. l. q rome. §. duo fratres. Si posteaueniret rōne fideicōmissi post mortē reli. nisi fuisset expresse ei renuntiatū ita nec hic nisi fuissem expresse in hunc casum stipulatꝰ: qꝛ sti-

a ¶Peculiū autē ꝓfectitiū. Adde qd sit peculiū ꝓfectitū vide per doc. in rub. extra de pecu. cle.

b ¶Ex ℨtractu in noīato. Et quot sint cōtractus innoīati viō p Ange. i. l. naturali. ff. de ꝓscri. v. Et an ℨctus innoīatus sit loco pnīe vide gl. ⁊ doct. ī. l. si cū fundū. ff. de pac. fallit fauoꝛe dotꝭ vt ī. l. si ergo. i. §. j ff. ō in. dot. bar. in. l. ij. ī. §. si pecuniā. in fi. ff. de dona. Bal. ī. l. sicut. ad fin. C. de act. ⁊ ob. Bal. in. l. mādatū. ī. iij. col. C. māda. Bal. ī. l. si cū socero. ī vl. col. C. de iu. do. Bal. in. c. j. ad fi. q succeſ. teneantur. in vſibus feu.

BIU Cujas

a ¶ Cor̃a. vij. testibus. Adde anvz testiū ꝙditum cū duobus testib⁹ ⁊ notario pochiano ꝑ Jo.an.ī addi.Spe.in tit.de instru. edi.i.§.cō pēdioſe. verſ.ſed nūquid.de cōſuetudine.cū ver.ſe. doc.in.c.cū eſſes. de teſta. Jaco.de are.ī diſputatione incipiente ſm cōſuetudinē ciuitatis venetiar̃.⁊ iſta diſputatio ẽ poſita īter ꝙſilia bar.vbi cōcludit de iure nō valere talē ꝙſuetudinē ⁊ idē tz ſpe.vbi.§. idē tz Jo ō imo. in .l.iij.ff.de teſt. Ant.de bu.⁊ ab. in.c.ij.de cōſtitu. Old.cōſil.ccxlvij. inci. p̄ſupoſita ꝙſuetudine.ang. ꝙſi.cxxvj.incipiē. teſtī factio.idem ꝙſil.ccxxxiij. inci. p̃ctus eſt.tu dic ꝙ hoc non habet locum ī venetis: quia nō recognoſcūt ſuperiorem de iure ſm Alb. de roſate i.l.j.C. de ſum.tri.⁊ per ꝙſveneti habēt vī ſupremi īpatoris in ſuo territorio ſm Bart.i.l. hoſtes.ff.de cap. Bart.in.l.j.C.de bo.va.li.x.tz impator pōt ſtatuere ꝙ valeat teſtamētū cuz duob⁹ teſtib⁹.ſm glo.⁊ doct.in.c.q̄ in eccleſiarū.de ꝙſti.⁊ in .l.fi.C.ſi cōtra ius vel vti.publ. q̄ idem p̃nt veneti ex quo nō recognoſcūt ſuperiorē in tpalib⁹.⁊ ſic vz talis cōſuetudo quo ad venetos ⁊ ſic non obſtat .d. diſputatio Jo.ō are.vbi §.cū ſuis ſequaci b⁹ ibi allegatis vel dicē dicta iura hūt locū in ciuitatibus cognoſcētib⁹ īperatorē in ſuperiorez ⁊c.

b ¶ De libris emptis ꝑ patrē. Add de Bar.i.l.ſi donatiōes.in.§. pē. ff.de noua. Bal. in.l.j.ff.ſolu. ma. bal.ī auť.ex teſtō C.de col. Raph.

pulatio generalis ad hūc caſum referretur.de here.ven.l.nomen.de dam.infe.l.ſtipulatio pertinet.in p̄in.

Diuiſionē. †Ex pacto nudo diuiſionis nō oritť actio nec tranſferť dn̄iū niſi traditione ſecuta.h.d.Bar.Si ergo pater tu⁹ qui habebat bona cōmunia cū fratre ſuo venit ad q̃ſtionē ſecū ⁊ diuiſionē:vt quedā eſſent fratris ſui quedā vero ſua:⁊ iſta conuentio nō fuit ſtipulatione vallata:ſi poſtea mortuo patre tuo poſſeſſio oīm bonoꝝ reperiť penes fratrē ſuū patruūq; tuū:⁊ queriť quo remedio agere poſſis vt habeas illa bona de quibus actum fuit inter eos ꝙ eſſent ſua:ſi quidē potes ꝓbare qō poſt q̃ſtionē interuenit realis traditio vel cōſignatio facta patri tuo iam acq̃ſiuit dn̄iū illoꝝ bonoꝝ.⁊ ſic potes ea vendicare.nec expedit ꝙ alia diuiſio fiat.ſed ſi hoc nō potes ꝓbare tunc qz cōuentio eſt nuda ⁊ nō ꝓdeſt ad agendū nō potes petere illa bona.ſed remediū eſt ꝙ agas hac actione vt oīa diuidātur.⁊ ſic nō ſtatur diuiſioni facte per eos.ſed ſi tu eſſes in poſſeſſione illoꝝ bonoꝝ haberes cōtra eum exceptionē:qz cōuentio nuda lz nō ꝓſit ad agēdum:ꝓdeſt tn̄ ad excipiendū.vt.l.iuregen.§.igiť nuda.ff.de pac.⁊ ex his patet caſus huius.l.

2 ¶ Teſtamentum factum inter liberos ꝙ valeat cum duobus teſtibus ⁊ ſine ſolennitate.

3 Q̃ū pater filios nō inſtituit ſed ſimpliciter diuiſionē fecit inter eos ⁊ vnus reperiatur fraudatus legitima qualiter ei ſuccurratur.⁊ nu.2.

4 An talis voluntas valeat iure teſtamenti.

2 vt faciat fidē corā quocūq; iudice lis moueat. †Si vero intelligitur in reo: qz tunc in eius arbitrio nō est qñ lis debeat inchoari pōt petere testes examinari etiā si nō timeat de ipsoꝝ morte vel absentia diuturna. ⁊ ista declarant plenissime in.c. qñ frequenter.§.sunt ⁊ alij. vt lit.nō cōtest. vbi plenius ⁊ melius habet q̄ nos habeam⁹: lz canoniste assumpserint ex istis legib⁹: qō dicit ibi plene no. ⁊ etiā. Bar. ponit hic bonam distinctionem quā vide. ¶ In ter.ibi publicare si hoc verbū referatur ad reū qui pōt ad defensionē suā propter metū future litis facere examinari oēs testes quos vult etiā nō senes vel valitudinarios intellige de publicatione fiēda p iudicē qui potest pronuntiare dictis attestationib⁹ perpetuam fidē adhibendā: ⁊ hec est sñia interlocutoria nec poterit postea alios testes producere maxime si dicit testificata: vt in aut.qui semel.§.tit.j. Ideo si habet alios testes quos vult ꝓducere debet ꝓtestari iudici qō talē publicationē non faciat sed teneat attestationes secretas publicatas autoritate notarij cū suo signo ⁊ subscriptione. ⁊ ita vidi fieri ⁊ practicari. Sed si referat ad actorem qui non pōt ante lit.contest. facere examinari ad offensaz nisi testes senes aut valitudinarios ⁊ de quoꝝ morte dubitatur sup quo adhibenda est cause cognitio ⁊ relinquit arbitrio iudicis: tunc talis pronūtiatio nō debet fieri per iudicem qz datur sibi terminus anni infra quē debeat litē mouere qō si non facit nil valent attestationes. vt in.d.c.qñ frequenter. circa prin. sed post lit.contest. fiet publicatio de istis vna cum alijs qui postea examinabunt nō cum dicta interlocutoria: sed simpliciter qō testes habeant pro publicatis: ⁊ sic datur licētia notario qō ostēdat partibus ⁊ recipiāt copiam cum termino ad opponendū cōtra personas ⁊ dicta: de quo loquitur.c.de testi.extra eo. ⁊ hoc voluerūt glos.in.d.c.qñ frequenter.§.sunt ⁊ alij. ⁊ etiā in prin. qō primo casu statim possit fieri publicatio. secundo nō qō intellige modo predicto. ⁊ de ista publicatione vide Innoc.in.c.albericus.extra eo. ⁊ in Spe.de inst.edi.§.ostenso.ver.sed qualiter. Et adde qō dicit bi: Bal. qō qñ reus petit examinari ad eternā rei memoriā ante lit.cōtest. qō etiā actor petit examinari facere quoscūq; testes per.l.petēde.de tem.in inte.resti. hoc mihi nō placet cum est in sua potestate agere: sz si nō posset agere qz pēderet dies:
3 vel ꝙditio posset hoc tollerare. ¶ †In ter.ibi aduersari⁹ mo-
b neatur: sz qualis debet esse ista monitio: [b]an ꝑsonalis: an vo sufficiat ad domū citari. By. tenuit primā partem in.l.iiij.§. pretor ait.ff.de dam.infe. Alij dicunt Bri. qō sufficit ad domum. ista fuit questio disputata quā ponit Jo.an.in regula presumitur de reg.iu.in mercu. Bar.post By.eam examinat in.d.§.pētor ait. dicit ibi. Et sic no.ar.qō publicatio instrumēti vel testiū non facit fidē in preiudiciū nō citati. ⁊ hoc probat in.d.c.significauit. ⁊ c.alberic⁹. ex̄ eo.ti. ⁊ ita dz limitari.l.publicati.j.de testa. ⁊ p Bar.in aut.si quis in aliquo.§.de eden. Et sic not.pro illis qui faciunt corā iudice aliquod instrumētum publicari cū velint se absentare ⁊ portare copiā vt faciāt partes requiri: alias etiā si autoritate iudicis fuisset copiatū ⁊ etiam si essent decem notarij subscripti non faceret fidē illa copia contra non citatum.

2 ¶ Arbiter debet procedere ⁊ etiā pronuntiare de iure tantum: ⁊ quid de arbitratore.
Testib⁹ receptis corā bonis viris: an detur fides corā iudice.

3 Attestationes etiā inualide vt sine iuramēto vel ꝓpter aliū defectum possunt validari de consensu partium.
Quid in alijs actibus iudiciarijs.
An sine attestatione possit valere iudicium ⁊ sententia.

4 Duplex limitatio vt testes semel examinati possint iterū examinari.

5 Si postea cū iterū examinantur dicant Bri.um eius qō primo deposuerunt an stabitur vltimo dicto.

6 Attestationes licet sint publicate non tollitur ius opponentis contra personas ⁊ dicta.

7 Confessio facta coram arbitris qō possit allegari coram ordinario iudice.
Citatio facta coram arbitris ita interrumpit prescriptionem sicut facta coram iudice.

8 Testes qñ iterum examinantur: an sufficit qō dicant: dico in omnibus ⁊ per oīa sicut dixi coram arbitris: si examinantur coram iudice.

1 CUm apud. †Testib⁹ examinatis corā arbitris non tenet quis stare corā iudice si viuunt: sed pōt petere eos item examinari si vult: sed si sunt mortui non requirit vlterior examinatio: sz standū est eis sicut si corā iudice fuissent recepti saluo tñ iure opponendi cōtra personas ⁊ dicta ⁊ si aliqui viuunt: aliqui mortui sunt: qñ viuunt dic idem qō supra
c qñ omnes viuerent: sed quantū ad mortuos dic idem qō supra qñ sunt omnes mortui.h.d.ista.l.singularis que in iure ciuili non est alibi nisi in.l.pe.§.de arbi.in fi.tñ illa declarat ⁊ limitatur per istam. Nam ibi generaliter dicitur qō talib⁹ testibus est standū in iudicio ordinario: sed ista distinguitur vt.§.dictum est addit qō sit salui ius opponēdi. Et ex ista.l. sumptum est.c.ꝑsentata.extra eo.ti. qō videt requirere aliud vt isti testes fuerint publicati corā arbitris. s. autoritate notarij cū apositione sui signi ⁊ subscriptione ⁊ etiam autoritate arbitroꝝ tali qualem habent ⁊ cū appositione signoꝝ suorū ad hoc vt faciāt fidē coram iudice ⁊ rationabile est hoc. nam ⁊ recepti corā vno iudice nō facerēt fidē coram alio diuerso nō successore suo nisi essent publicati modo predicto vt de re iudi.l.gesta. multomin⁹ si corā arbitris qui nō habēt iurisdictionē sed notionē. vt no.in.l.ait pretor. ff.de re iudi. hoc tñ est plus qñ coram iudice: qz tūc si sunt publicati siue viuūt: siue mortui sunt faciūt fidē corā alio: nec vlterior examinatio requiritur. vt no.in.d.l.gesta. lz glos.in.l.properandū.§.fi.§.de iu. videat sentire idem debere dici qñ corā iudice q̄ qñ corā arbitris. sed doc.tenent Bri.um ⁊ est casus in.c.fi.de ꝓba. ⁊ de testi. c.causam que. ⁊ ibi p Inno. ratio diuersitatis est: qz potis⁹ ꝑsumitur p examinatis corā iudice qui pōt eos punire si videt eos vacillare vel sibi cōtrariari. vt.§.eo.l.nullū. qō facere non pōt arbiter. ideo suspicio est qō corā arbitro faciāt mentiant
2 q̄ corā iudice ꝑm Bal. ¶ †In prin.l.ibi cōpromissarios iudices infra arbitros qui ꝓcedere debent ⁊ etiam pronūtiare de iure tñ cū arbitria sint redacta ad instar iudiciorꝝ. vt in.l.j.ff. de arbi. ⁊ sic habēt similitudinem cū iudicib⁹: ideo appellat eos iudices. Sed qd si corā arbitratore qui pōt ꝓcedere ⁊ agere nō seruato iuris ordine. doc. dicūt idē si fuerūt examinati in forma iudicij: qz arbitrator fuit assumpt⁹ sup lite ⁊ cōmisit notario qō reciperet testes ī forma iudiciaria: alꝫ secus qz nō facerēt fidē corā iudice ordinario indistincte cū nō fulciantur aliqua autoritate. Et idē in receptis corā bonis viris vt contingit in istis syndicis cōitatis deputatis ad denūtiādū maleficia. nā faciūt aliqñ examinari testes corā priuatis ꝑsonis vñ nulla est eis fides adhibēda ꝑm Bal. ¶ In ter.ibi fuisset ꝓducti ⁊ examinati. nec postea fuit scriptū laudū arbitroꝝ sed expirauit cōpromissum ⁊ sic partes iuerunt corā iudice et corā eo ꝓducebant dicte attestationes: pars cōtra quā fuerūt ꝓducte nolebat stare tāq̄ essent inualide: ⁊ sicut expirauit cō promissum. ita ⁊ attestatiōes predicte: vñ querit quid iuris. ⁊ dicitur. vt.j.sequit. nā primo inspicit an aliquid inter partes fuerit sup hoc actum tpe cōpromissi. Si em̄ egissent q̄ attestatiōes recepte corā arbitris perinde valerēt: ac si essent recepte corā iudice si nō sequeret laudū: tūc distinctio bui⁹ legis non esset seruāda: qz etiā si viuerēt nō requireret vlterior examinatio: sed Bal. videt dicere Bri.um nisi hoc esset exꝑssum ⁊ qō nō sufficit dicere qō valet tātum quantū si essent recepte corā iu-

de bu.ī.c.cū ī tua ad fi.ō spō. Scō vbi agit de informatione fame p mouendi ad dignitatē vel repellēdi fm Abb.in c.j.in pe.col.ō postu.plat. Tertio in sacerdote sup penitētia. ō quo p Arch.ī.c.in capite.l.dis. Arch. ⁊ ibi Bomi.ō scō gem.ī.c.ipi apli. ñ.q.vij. Anto.de but.in.c. testimoniū.de testi. q̄rto qñ statutū vellet q̄ dictū testis nō iurati ꝓbaret sz Lud.ro. ꝙsil.suo cr.incip.viso pūcto.

¶ Tpe feriato. Adō.d. Aler.de imo.in ꝙsil.cexij. col.ij.ī.ij. vol.

¶ Ista monitio. Adde doc.ī.c.exlijs.de ꝙsti.doc.ī c.cū nobis olim. de elec. Inn.in.c. cū te.de offi.del. Pau.de eleaza.ī cle.j.de deci. ⁊ an admonitio facta ī synodo habeat vim trine monitiōis. vid: p Rota deci.vlt.in tit. de dolo ⁊ cōtu. ⁊ in nouis.

BIU Cujas

dice. Hoc nō placet: qr ista verba nihil operarentur. preterea fuisse recepta corā iudice operatur vt vlterior examinatio nō
3 recipiatur. ⁊ hoc ex vi verbor̄ includitur. ¶ Not. ex isto tex. argu. qō attestationes etiā inualide: puta sine iuramento vel propter alium defectū possunt validari de cōsensu partium nō sic in alijs actis iudiciarijs: vt si nō esset lis cōtest. vel alia forma debita seruata qr cōsensus partiū non posset facere valere: vt no. in. c. de causis. de offi. dele. qr solennitas ⁊ forma iudicior̄ fuit introducta ob publicū fauorē sicut ⁊ cetere solēni tales qb⁹ renūtiari nō pōt. vt in. l. de testa. l. testādi. ⁊. l. nemo. de leg. j. Sed attestationes recipiunt in fauorem priuatum: ⁊ etiam sine attestatione pōt valere iudicium ⁊ sententia nō sic sine solēnitate requisita ⁊ ista voluit Inn. no. in. c. cū causam. extra eo. in gl. pe. q̄ incipit no. attestationes ⁊c. Sed si nil fuit actū tunc si oēs testes viuunt pōt pars cōtra quā sunt producti dicere se nolle stare dictis attestationib⁹ qō itez examinen
4 tur. † Et sic no. duplicē limitationem vnam ad. l. produci. ff. e. vbi hr̄ ꝓmynum intellectū qō testes examinati semel amplius non examinarent: sed hoc fallit hic. alia est ad aut. qui semel. s. ti. j. vbi dicit qō post didicita testificata: nec ijdem: nec alij testes recipi debent. fallit hic. ⁊ hoc totū est ex eo: qr postq̄ recusat stare illis attestationib⁹ partiū est acsi facte nō essent: ⁊ sic non prestat impedimētū qō de iure nō sortit effectū. vt. l. qui per salutē cum ibi not. de iureiur. ff. ⁊ in. cle. j. de testi. inver. recte receptis. cum ibi not. in gl. qō prouenit ex eo qr arbitri nō habēt autoritatē publicam: ⁊ sic parte recusante dicte attesta
5 tiones habent pro nullis. ¶ † Sed qd si isti testes dicant contrariū eius qō primo deposuerūt. rñdeo stabitur vltimo dicto alās frustratoria eēt dispositio hui⁹ legis. Sz qō sunt recepti corā iudice si postea ex alia causa itez examinarent: ⁊ aliter loquerent stare ꝑmo dicto: qr illa examinatio valuit ad qōvide per Bar. in. l. eos. ff. de fal. alij dicunt qō ista cōtingūt ꝓpter varietatē instātie que facit vt nō noceat didicisse testificata. l. per hanc. de temp. app. qō licet sit verū de iure ciuili. de iure canonico secus qō non considerat variationem instantie sed idētitatem rōnis: qr ita subest suspicio subornationis in instantia diuersa sicut i eadē qn̄ sup eisdem capitulis examinantur vel directo cōtrarijs. Si autē oēs sunt mortui vlterior examinatio nō requirit: qr ille attestationes cōfirmant autoritate hui⁹ legis si ꝓbata sit scriptura in qua ꝓtinet qō not. ꝓ eo qō. s. dixi: qr requirit qō cū autoritate notarij ⁊ subscriptione publicentur ⁊ signo. ⁊ hoc declaratur in. c. presentata.

a ¶ Et laceraſti. Adde Bal. in. l. q accuſare. circa mediū. C. de edē. Spe. tit. de teſte. ī. §. ſatis vtil̄r. facit ad hoc gl. ī v. ꝓpellaſ. ī. c. cū cāz ō teſti. qvult teſtē haberi ꝓꝓducto ℨ eū q prestat cāz ne ꝓducat. ⁊ ibi Abb. ⁊ per doct. c. peruenit. el. j. de teſti. cog. ⁊ qd de inſtrumētis laceratis corā iudice an iudicatur acſi plene ꝓbaſſet. vide ꝓ Abb. ī. c. accepim⁹. de ſi. iſtr. ⁊ qd de lacerāte ꝓpriū iſtrm qñ redarguit de falſo. vide ꝓ Pe. de anch. cōſil. clxxij. incipiē. circa primum.

6 ¶ † Not. etiā cū dicit omni iure legitimo qō lz attestationes sint publicate nō tollitur ius opponētis cōtra personas ⁊ dicta ⁊ dicit Bal. ī aut. si qs in aliquo. post prin. qō est verū etiā si sint publicate de cōsensu vtriusq̄ partis. ⁊ ēt dicit ſm Inn. qō poterit opponi qō nō rite sint recepte nō obstāte publicatiōe facta de cōsensu partiū: sed postea in. iij. col. circa fi. dicit qō si iudex ꝓnuntiasset de cōsensu partiū illis attestationib⁹ dandam esse fidē non posset opponi ꝙtra personas vel dicta: nec cōtra ordinē receptionis qō perpetuo tene mēti: sed standū esset interlocutorie iudicis. ¶ Sed opp. ⁊ videt qō lz oēs sint mortui non teneat quis stare illis attestationib⁹ sicut nō tenetur stare ſnīe arbitri que nō habet vigorem: lz metu pene pareat. vt in. l. j. §. de arb. So. aliud in ſnīa cui lz nō teneatur stare precise patit tū penā si nō stat. ⁊ sic ſnīa non est oīno frustratoria: lz si nō teneret stare attestationib⁹ nullā penā pateretur quare non censet ꝓmissa si nō stetur attestationib⁹: lz si oīno stetur ſnīe vel si per cū stat quominus ſnīa ferat. vt. l. si qs re. ff. de arbi. sic attestatiōes p̄dicte oīno essent frustratorie postq̄ testes nō possunt examinari itez. ne ergo veritas peat introduxit ista. l. vt eis stetur ⁊ sufficit qō reseruet ius excipiēdi cōtra personas ⁊ dicta. ⁊ qō hic dicit in attestationib⁹. idē
7 dicit in ꝓfessione facta corā arbitris vt ꝓsit corā ordinario iudice ſm Jo. an. ī. c. iij. de iureiur. li. vj. in nouel. Similiter citatio corā arbitris facta interrūpit ꝓscriptionē sicut facta corā
8 iudice. vt. d. l. cū antea. §. pe. s. de arb. ¶ † Quer̄ doc. qñ itez examinant testes. an sufficit qō dicāt. dico in oībus ⁊ per oīa sicut dixi corā arbitris. Bar. in. l. eos. ff. de fal. vī dicere qō sic. Bal. hic tz ℨrium: alias ista. l. esset frustratoria. nā ideo pars petit iterū examinari vt videat an testis loquat aliter q̄ ꝓn. o fuerat locutus: certe si vult aliter loqui potest ⁊ stat vltimo dicto vt dixi. ⁊ sic no. qō nō punit de periurio. qr illud iusm ⁊ depositio habent pro nō factis postq̄ pars nō vult eis stare. Sed si nō vult aliter loqui nō video quid repugnet si remittat se ad id qō primo dixerat: ⁊ hoc quotidie practicat in testibus qui recipiunt ꝓmo ad vnū finē postea super eodē examinant ad aliū finē: qr dicūt: dico in oībus ⁊ per oīa ꝓut alias deposui. Consiliū tū est qō faciat sibi legi primū dictū si forte non bene recordetur de eo qō dixerat qr si primo deposuisset coram iudice: ⁊ postea contrariaret in aliquo esset periurus: puniretur de falso: vt. l. qui falsa. ff. eo. Sequit de fi. instrumētorum ⁊ continua vt hic per glos. ⁊ adde qō hic not. Bald. ⁊ super facta qui vult bonam diem.

¶ De fide instrumentorum. Rubrica.

2 ℨ Statutum qō in talibus causis sufficiāt quelibet probationes an debeat intelligi dummodo sint legitime.

3 Instrumentū si est perditum qualiter poterit fieri probatio ⁊ quid si facto aduersarij fuit perditum.

4 Si cum producerem instrm̄ contra te ipsum rapuisti de manibus meis ⁊ laceraſti: qō de tenore stabitur iuramēto meo ⁊ an tenearis de falso.

5 Si facto meo instrumentum meum qō habebam cōtra te proieci in ignem ex iracundia an perdo debitum.

1 Ebitores. † Perditio instrumēti non nocet si potest fieri probatio p testes vel alios modos legitimos b. d. Et sic loquit de secūda parte rubrice de qua ēt loquunt multe alie. ll. ſ. a. l. illate vſq̄ ad. l. ſcripture. ibi cū. l. ſeq. ⁊ ſequēti loquunt de prima parte rubrice. ſ. de fide inſtrumentor̄. de vltima pte
2 ſcz de apocis ⁊ antipocis loquit. l. plures. j. eo. ¶ † In tex. ibi quibuſcūq̄ rōnibus. gl. ſupplēt dūmodo legitimis ⁊ ſimilis glo. eſt. j. de fide inſtr. ⁊ iure haſ. fiſca. l. ⁊ ſi inſtrumēta. in. ij. q. glo. qō no. ꝓ ſtatuto dicente qō in talib⁹ cauſis ſufficiant qlibet ꝓbationes. nā debet intelligi dūmodo ſint legitime nec cenſetur ſtatutum diſpenſare cōtra non legitimas. hoc videt verum niſi ſtatutū eſſet ſuperfluum ſi reſtringeret vt aliquid operetur debet intelligi vt non plene probationes ſufficiant: puta vnus teſtis vel iurm vel alia indicia: puta ſi diceret in cauſis a decem libris. j. arg. eorū que no. in. l. in fi. ff. ad muni. vbi gl. dicit qō nunq̄ debet fieri talis, interpretatio vt ſtatutum reddat ſuperfluū cū alia interpretatio fieri pōt. ¶ † In
3 tex. ibi ſi probaueris. puta per teſtes qui interfuerunt ℨctui vel negocio: ⁊ ſic deponunt de veritate. nam ſufficeret etiam ſi inſtrumentū non fuiſſet confectum ergo ⁊ ſi fuit confectum ⁊ perditum: qr ſubſtantia debiti nō conſiſtit in inſtrumēto: ſed ſola ꝓbatio. vt. l. cum res. s. ti. ij. ſpecies ꝓbationis ſunt plures: vna ergo perempta, remanēt alie. Sed an ſufficiant teſtes non deponētes de veritate rei: qr nō fuerunt preſentes: ſed de tenore inſtrumenti quod dicunt ſe vidiſſe ⁊ legiſſe inſtrumētum in quo continebat qō titi⁹ erat debitor meus ex tali cauſa. dic vt no. in. l. ſi iniquum. Si vero ſubſtantia debiti dependebat a ſcriptura tunc non ſufficit teſtes deponere de veritate negocij: niſi etiā deponant de inſtrumēto ⁊ de tenore eius vt. s. tit. j. l. teſtium. in fi. niſi ſint quinq̄ numero: vt ibi habetur. Et predicta quando caſu fortuito perditū eſt inſtrumentum: ſi autem facto aduerſarij ſufficit probare illud ⁊ de tenore inſtrumenti ſtabit iuramento creditoris. vt. s. ti. ij. l. ſi poſ
4 ſeſſione: vt ibi per Ly. ¶ † Quid ſi cum ꝓducerem inſtrumē
a tum cōtra te ipſum rapuiſti de manibus meis ⁊ laceraſti[a]: reſpondeo de tenore ſtabitur iuramēto meo: ſed an tenearis de falſo. videt quod ſic. vt in. l. j. §. qui rationib⁹. ff. de falſis. dic ſm Bal. qui allegat Joan. and. in. c. accepimus. extra eo. tit. in nouel. qō illud eſſet verum ſi pēſate ⁊ deliberate meum inſtrumentum cancellares vel vituperares nō ex iracundia ſed quando ex iracundia nō teneris pena falſi ordinaria: ſed extraordinaria. † Quid ſi facto meo inſtrumentū meum quod habebam cōtra te proieci in igne ex iracūdia. an perdo debitum. dicit Bal. in fi. hic qō nō. argumē. in. l. quod calore. ff. de regulis iuris. ſed ignorabitur conditio mea. qr ſi probo per vnum teſtem non dabit mihi iuramentū in defectum probationis: qr liquidam probationem mihi ſubtraxit facto meo tenementi iſta dicta.

2 ℨ Si aliquis fuerit ꝓnuntiatus legitim⁹ vel nō legitimus reſpectu vni⁹ an ſnīa pſit vel noceat reſpectu alterius quominus iterato poſſit allegari legitimus vel non legitimus.

3 Ex ſolo vſu falſi inſtrumēti pōt quis accuſari de falſo ⁊ etiā puniri: lz ipſe falſum nō cōmiſerit nec committi fecit. ⁊ quid ſi abſtineat: ⁊ quid in teſtibus. ⁊ nu. 4.
Quid ſi vtens ignorabat eſſe falſum.

4 Quid ſi proteſtatur qō vtitur ſub conditione qō qñcunq̄ apparebit falſitas tunc non intendit eo vti.

5 An pendente iſta cauſa criminali de falſo ſuperſedeatur in ciuili vel in executione inſtrumenti petita.

6 In diuerſis inſtrumētis cōtentis in eadem charta: ſi vnū eſt falſum: an cenſeatur etiam aliud eſſe falſum.
Inſtrumētū cōtinens diuerſa capitula: an vitiet totum ſi in

BIU Cujas

vno capitulo reperiatur falsitas.

7 An possit quis excipere de falsitate instrumẽti anteꝙ accuset illum qui fabricauit criminaliter.

8 Minus delinquit ⁊ mitius punit qui vtitur instro falso ⁊ nõ fabricauit nec fabricari fecit: ꝙ ille qui fabricauit.

9 Snia lata contra vnum qñ noceat vel non noceat alteri.

10 Repulsio testis tanꝙ falsarij an faciat eum infamem: vt repelatur a testimonio alterius.

1 **Si veteris.** †Licet instrumẽtũ fuerit pbatum falsum seu pronũtiatum falsum quo ad vnũ vtentem: snia non nocet alteri volẽti vti: sed requirit qõ de nouo accusetur ⁊ pronuntietur falsum. hoc dicit not. ⁊ per hoc dicit Jnn. in. c. cãm
2 que. qui filij sint legi. †vbi allegat casum hui⁹. l. qõ si aliquis
a fuerit pnuntiatus legitimus[a] vel nõ legitimus respectu vni⁹ snia nec prodest nec nocet respectu alteri⁹ quominus iterato possit allegari legitimus vel nõ legitimus: sed in ꝟrium facit qr snia lata super statu persone cum vno facit ius quo ad oẽs alios vt in. l. ingenuũ. ff. de sta. ho. vel dic hoc verum qñ cum
3 persona ad quã princip aliter pertinebat defensio. †Jn text. ibi si veteris. no. qõ ex solo vsu falsi instrumẽti potest quis accusari de falso ⁊ etiam puniri: lz ipse falsum non commiserit nec cõmitti fecit: sed alius fabricauit ipso ignoãte. videt hoc intelligẽdo indistincte etiam si talis vtens ignorabat ipsum esse falsum: qr in dubio presumit scire presumptione iuris ni si probet errorem. vt in. l. diuus. que est. l. pe. ff. ad. l. cor. de fal. ⁊ ita videtur tenere Bandinus in opere suo super rubrica de falsis. lz aliud dicat esse in attestationib⁹ falsis ⁊ assignat rationem qr super instrumẽto potuit deliberare anteꝙ produceret sed super his que testes habuerint deponere nõ potuit deliberare. Breuiter mihi videt qõ ista distinctio non sit bo-
b na: ⁊ qõvtens falso instrumẽto ignorant[b] non puniatur: qr ignorans nõ delinquit. vt in. l. ex maleficijs. §. lõge minus. ff. de act. ⁊ ob. ⁊ in. l. generali. ſ. de tabu. lib. vj. an autẽ presumat sciuisse in dubio vel ignorasse nõ potest dari erta regula vel doctrina: sed ex qualitate persone vtentis ex qualitate falsitatis que opponit iudex habebit perpendere: ⁊ in dubio poti⁹ presumit per errorẽ fuisse vsus ꝙ ex malitia: vt est tex. no. in. l. pe. de bis qui sibi asceri. in test. in fi. Preterea licet in testibus nõ potuerit deliberare anteꝙ deponerẽt ⁊ videret dicta ipoꝝ postea vero deliberare potuit. ⁊ ideo si videt ipsos vel aliquẽ ipsorum dixisse falsum in aliquo debet incontinenti abstinere ab vsu ⁊ dicere qõ vti nõ intendit depositione talis testis. ⁊ ita vidi practicari: est ergo consiliũ qõ ille cõtra quẽ producitur instrm alleget ipsum fore falsum. ⁊ si extunc producens prosequatur ⁊ nõ abstineat nõ excusat propter ignorantiam ⁊ si postea apparebit falsum puniet. ⁊ ista dicit Bandin⁹ in
4 opere predicto super rubrica predicta †nisi ipse ytens protestetur qõ vtitur sub conditione si verũ est quod protestet ⁊ quã docunq; apparebit falsitas extunc non intendit vti. vt not. Spe. de instru. edi. §. videndũ. post prin. sed ille contra quem producitur facit producentẽ interrogari iuret si velit vti vel non qr vtendo vult accusare de falso: prout quotidie fieri videmus: ⁊ ille respõdeat modo predicto põt ille petere a iudice qõ illi assignet terminus ad deliberate respondẽdũ. ita dicit Bar. in. l. antepe. ff. de fal. ⁊ sic vel abstineat si nõ vult subire penã falsi. vt. ſ. l. proxi. vel nõ abstinet ⁊ postea reperiat falsum nõ obstante protestatione puniat de falso. ¶Sed opp. qõ licet abstineat nõ euitet penã falsi. vt. ſ. de pe. l. qui falsos. Sol. ibi in eo qui fabricauit vel fabricare fecit: qr cum delictũ sit cõmissum ⁊ perpetratũ per penitentiã non aboletur. vt. l. qui ea mente. ff. de fur. secus in eo qui nõ fabricauit seu fabricari fecit: sed duntaxat vtitur qr delictũ nõ est consummatum ⁊ sic habet locũ penitentia anteꝙ consumet. vt. l. qui falsam. ff. de fal. Et ideo si testes deposuerunt falsum si quidẽ sup falso articulo producto aperte nõ prodest parti abstinere ab vsu testificationis suę: qr ponẽdo articulũ falsum fecit deponi falsum: sed si super articulo vero aliquã falsitatẽ cõmisit prodest sibi abstinere ab vsu: ⁊ habet locũ quod superius dixi: ⁊ per hanc etiam legem dicunt doct. qõ licet testis fuerit accusatus de falso ⁊ punitus: snia nõ nocet producẽti: sed est necesse ad hoc vt puniatur qõ de nouo accusetur ⁊ condemnetur tanꝙ producens falsum testẽ. ⁊ fuit questio disputata quam refert Cy. in. l. ante fi. ſ. qui accu. non pos. nam ⁊ snia lata cõtra adulterum non nocet adultere nec econuerso: licet sit maleficiũ cõmissum alias commixtum. vt. l. denuntiasse. §. fi. cum. l. seq. ff. de adul. lz snia absolutoria lata pro vno alteri prosit: ⁊ ita videtur dicendũ in proposito vt si lata sit pro teste prosit producenti vt amplius accusari nõ possit: lz lata contra nõ noceat: econuerso si fuit pronũtiatum testem falsum dixisse respectu

pducẽtis ⁊ sic fuerit repulsus a testimonio: ⁊ hec snia lata cõtra producentẽ non nocet testi: vt per hoc tanꝙ falsarius in alia causa repellatur: vt est casus singularis. ff. de infa. l. luci⁹.

5 ¶†Jn text. ibi: alius accusatus criminaliter ⁊ etiã punitus: vt ptz. ſ. dum loquit de pena. l. cor. de fal. sed an pendente ista accusatione criali supersedeat in ciuili vel in executiõe instrumẽti petita. vide Cy. in. d. l. j. q accu. nõ pos. Posset etiã intelligi ciuiliter p modũ excipiẽdi: qr fuit allegata falsitas instrumenti ⁊ instrm tanꝙ falsum fuit pronuntiatũ ⁊ lata absolutoria fuit pro reo. ¶Jn fin. l. ibi: nec tu appellare debuisti ⁊c. qõ est in fi. sed ꝙtra imo debueris appellare saltẽ rõne qualis-qualis preiudicij. vt in. l. a sentẽtia. ff. de appel. Sol. bene potuisti appellare hoc respectu ſz appellare nõ teneberis: qr sententia non nocet quo ad plenũ preiudiciũ vt etiam ibi habet vel dic licet faciat preiudiciũ qualequale quo ad causam ciuilem: vt ibi. Secus quãtum ad causam criminalem vt debeas puniri de falso sicut si ille fuit punit⁹: ⁊ sic nõ debebas appellare nec poteras hoc respectu: qr tua nõ interest. ¶Jn glos. ſ. ibi: vel correus nõ intelligas qõ erant duo rei credẽdi: qr tũc snia lata cõtra vnum nocet alteri. vt in. l. ex duobus. ⁊ ibi per Bar. de duo. re. in articulo de snia lata cõtra correum vel pro correo vbi dicit qõ lata p correo vel cõtra eũ indistincte alteri nocet ⁊ prodest: qr censetur preoccupasse debitũ. ⁊ istum dicit esse casum illius legis. intellige ergo qõ nõ erãt duo rei credẽdi insolidũ. sed qlibet pro parte: qr cõtinebatur in instrumẽto seius promiserat centũ: ⁊ titius quo casu quilibet censetur pro dimidia promisisse: quo casu snia pro vel cõtra vnum nõ nocet nec pdest cum iam debitũ sit diuisum. ita sentit Ange. a lz que dixi nõ dicat. nos possumus intelligere in correis insolidum qõ lz snia lata cõtra vnum noceat quo ad causam ciuilem: nõ noceat quo ad causam criminalem vt debeat de falso puniri: qr i hoc nõ sunt correi: qr tñ tex. innuit qõ tu poteras vti non obstante snia lata cõtra titium nisi accusetur de nouo põt procedere quod dicit Ang. qr vti nõ posses ex quo correus
6 tuus fuit victus in cã ciuili. ¶†Jn glos. vel cum essent duo creditores fecerũt sibi caueri. subdit scribere ⁊ publicare duo instrumenta diuersa respectu diuersar⁹ personar⁹ ⁊ diuersor⁹ contractuum. vt in. l. quam glos. allegat: sed an tunc reperta falsitate in vno censeat alius similiter falsus absq; alia pbatione falsitatis. dic qõ sic per ea que not. Jnn. in. c. fraternitatis. de here. ⁊ Spec. in titu. de instru. edi. §. instrm. ver. quid si b vnum: sed ipsi loquunt in vno ⁊ eodẽ instrumẽto ẽt continẽte diuersa capitula qõ si in vno capitulo reperit falsitas totũ vitietur etiã respectu alioꝝ. nos loquimur de diuersis instrumentis: licet cõtentis in eadẽ charta propter diuersitatẽ contractuum ⁊ ꝟhentium in quo casu nõ ita puto dicendũ eodẽ modo in testibus si super vno capitulo dicant falsum in vna causa dictũ eoꝝ reprobet etiã in alijs capitulis diuersis tanꝙ in illis presumantur dixisse falsum. de quo vide Bandinum in rubrica preallegata vbi plene disputat de hoc articulo. Et
7 est tertia rubricella post rubricã de falsarijs. ¶†Jn gl. seq. ibi alij dicunt. Tu distingue qõ ꝙtra eandem psonam põt quis eligere quã viã vult vel primo accusare criminaliter vel agere aut excipere ciuiliter. vt. l. damus. ſ. de fal. sed quo ad diuersas psonas si vult agere ciuiliter contra vnũ qui nõ cõmisit falsum: sed vtitur instrumẽto nõ põt nisi primo accuset illũ qui fabricauit criminaliter. vt no. in. l. fi. ſ. eo. si ergo producis instrm falsum contra me vr qõ non possim ciuiliter excipere vel agere nisi primo accusem notariũ qui confecit. de hoc in dicta. l. fin. ¶Jn glos. magna pro eius declaratione aduerte qr tria facit nam mouet tres qõnes. duas in principio vsq; ibi item not. ⁊ vnã in fi. Jtem secũdo colligit quoddã notabile ẽm quosdam: qõ tñ reprehendit vsq; ibi: itẽ cõtra. Tertio format tres opi. inquantũ illa litera vult qõ snia lata cõtra vnũ sup falsitate instrumẽti nõ noceat alteri volẽti vti dicto instro qõ imo noceat partes patent per se. veniamus ergo ad gl. in eadẽ gl. in prin. ibi: ⁊ deportatio ⁊ bonor⁹ publicatio. Hodie non vtimur istis penis: ideo statuta puidẽt ꝙtra falsarios de alijs pe-
8 nis ⁊ illa sunt seruãda. ¶†Jn eadẽ ibi: vel dic decẽnio hec verior: qr minus delinqt qui vtit ⁊ nõ fabricauit nec fabricari fecit ꝙ ille q fabricauit ⁊ lz ambo incidãt i. l. cor. de fal. min⁹ tñ punit q solũ vtit. Et idẽ põt dici de statuto imponẽte certam penã falsarijs vt in illo nõ incidat q vtit dũtaxat falso instro sed mitius puniat officio iudicis. vt in. l. hodie. ff. de pen. coniuncta gl. l. ob pacta multa sunt ꝙsideranda in criminib⁹ ad grauandum penam vel minorandũ. ⁊ hãc tenuit Bandinus sub rubrica pdicta. ¶Jn glo. ibi: nos dicimus nõ esse necesse subandi qõ se exẽsse obliget ad penã talionis ſz sufficit qõ se subscribat: ⁊ si nõ pbat puniet illa pena. ⁊ hec est intẽtio gl.
9 ¶†Jn gl. ibi: item ꝟ. Super isto cõtrario cũ sequẽtibus dic

a ¶Pronũtiatus legitim⁹. Adde Bal. i. l. fi. ĩ fi. C. de peti. here.

b ¶Jgnoãter. adõ Arch. in. c. in memoriã. in. ñ. colũ. xix. dist.

BIU Cujas

breuiter q̄ si snīa lata contra testamentum vel instrumētum cū persona cui⁹ principaliter interest: puta cū herede siue illa sententia sit rescissoria vt lata super querela que de testamēto aliquo facit nullū siue declaratoria nullitatis q̄ nihil facit de nouo ʒ declarat vt alibi habet in.l.heredes palam.§.ʒ si no tam.ff.de testa.ꝛ.l.adeo.§.cū quis.i fi.ff.de acqui.re.do. talis sententia preiudicat alīs quorū interest secundario ꝛ legata rīs. Sed lata contra vnū cuius principaliter nō interest non nocet alteri cuius interest principaliter: ꝛ si pluriū interest eque principaliter lata cōtra vnū: similiter nō nocet alīs: vt hic: ꝛ in.l.j.ff.de execu.rei iudi. fm ista intellige.l.fi.de pet.here.ff.l. autem polla.de his qui.vt indig. potius concordat fm doct.

10 ¶ †In fi.gl.ibi: si iudex notauit eū quare pronūtiauit ꝓtra ipsum testē super falso ex qua pronuntiatione efficit infamis vt.l.j.ff.de infa. nā tunc si producat per aliū potest repelli nō rōne sententie de cuius natura est q̄ lata cōtra vnum alteri nō preiudicat vt ibi qui.res iudi.p totū: sed rōne infamie q̄ ipm concomitatur sicut lepra leprosum: ꝛ repellit quē ab officio publico ꝛ a testimonio q̄ est publicū officiū. vt.ff.de īfa. l.miles.cū ibi no. Sed si nō pronuntiauit ℈ testes: qr nec contra ipm ꝓcessit sed ipm repulit a testimonio tanq̄ falsarium. quo casu snīa repulsionis potius lata cōtra ꝓducentē q̄ contra testē non est infamis: ideo nō repellitur a testimonio alterius. vt.l.lucius.ff.de infa.

2 ☞ Potest quis renuntiare instō q̄ hʒ ꝛ eo amplius vti non poterit ꝛ quid si extra iudiciū renuntiet: ꝛ q̄ talis renūtiatio non extendatur ad causam appellationis.

3 Ille qui renuntiauit instō q̄ allegabat falsum cēsetur tacite cōfiteri q̄ sit falsum nisi expresse protestet ℈ium.s.q̄ non renuntiat propter hoc q̄ credat ipsum esse falsum ꝛ quis effectus resultet ex hoc.

4 Abstinens ab vsu instrumenti falsi euitat penam falsi.
Si non allegatur suspectus de falso renuntiando vsui non censetur fateri ipsum fore falsum.
Statutum si dicat bannitum haberi pro cōfesso debet intelligi in comprehensis in ipso banno.

1 **Si aduersarius.** †Qui instō q̄ in dubium reuocat tanq̄ falsum se non vsurum confitetur videt confiteri ipsum fore falsum: ideo nō potest eodem instrumento postea vti contra eundem.h.d.no.ꝛ est singularis casus. ¶ †No. q̄ pōt quis renuntiare instrumēto[a] q̄ habet ꝛ eo amplius vti nō poterit ℈ eandem personam. hoc est verū in iudicio. ꝛ hoc patet in prin. dū dicit apud acta. Sec⁹ extra iudiciū vt no. in aut. vt matres debitrices ꝛ creditrices. §. pe. ꝛ dixi in aut. iubemus. s̄. de iudi. ꝛ hoc est verū siue renuntiauit ex eo q̄ allegabat falsum: vt no. in Spe. de instr. edi. §. instru. v. item opponit q̄ aduersari⁹: vt no. Bal. ī.l. nec quisq̄. in fi.gl.ff.de eden. Et maxime hoc ꝓcedit de iure cano. fm q̄ declaratū est q̄ qs possit in iudicio renūtiare ꝓbationibus testium ꝛ instrōrum. vt ī.c.de testib⁹. ꝛ dixi in.d.aut. iubem⁹. que tū renuntiatio nō extenditur ad causam appellationis fm Specu. imo sicut appellatio rescindit snīam: ita rescindit cōclusionem ꝛ renūtiationē ꝛ reponit partes in statu in quo erant tēpore litis contest. in prima causa. ¶ †Item no. q̄ ille qui renuntiauit instrumēto q̄ allegabat falsum censetur tacite cōfiteri q̄ sit falsum: q̄ est verū nisi expresse protestet contrarium. s. q̄ nō renūtiat ꝓpter hoc q̄ credat ipm falsum esse ꝛ hoc est vtile: qr primo casu si producat ipsum cōtra aliā personam poterit illud allegare q̄ semel cōfessus est fore falsum ꝛ sic nō debet audiri: qr confessio expressa facta in vno iudicio preiudicat confitenti in alio etiam si primū iudiciū sit nullū aliqua rōne. vt in.c.pisanis. cum ibi no. de resti. spo. circa fi. ꝛ q̄ no. Bar. in.l.si cōfessus. ff. de custo. reo. ¶ Sed secūdo casu q̄ non fuit confessus ipsum fore falsum renuntiatio non nocet sibi respectu alterius persone sicut nec snīa lata ꝓtra eum respectu vnius persone nocet sibi respectu alteri⁹. vt. s̄. l. proxima. Constat autem protestationē declarare animum protestantis ꝛ restringere ipsum. vt i.l.at si quis. ff. de relig. ¶ Ultimo not. †q̄ abstinens a vsu instrumēti falsi euitat penam falsi q̄ declara vt dixi in.l.precedenti. Item si non allegatur suspectum de falso renūtiando vsui nō censetur fateri ipsum fore falsum. Vñ dicit Bal. si statutum dicat bannitū haberi pro cōfesso debet intelligi in cōprehensis in ipso bāno. secus in non cōprehensis: qr q̄ mihi nō obijcitur nō videor tacite cōfiteri: ideo tenor bāni diligēter est inspiciendus. ꝛ hoc probatur hic ī gl. ista dū dicit aliud forte si nō reuocaret: dic imo sine forte. ꝛ dic aliud qr non vī fateri ipm fore falsum postq̄ non allegat tamen non poterit vti si confessus est se nō vsum fm Barto.

a ¶ Renūtiare instrumēto. Adde Bal. ī.l. iubem⁹. C. de iudi.

2 ☞ Debitores fiscales qui soluerūt possunt petere a fisco vel officialibus fisci vt eis cōficiant scripturam de soluto que dicitur apocha.

3 Si non hūt scripturā de soluto qr nō fuit cōfecta ꝛ molestent ad iterū soluendū possunt petere a fisco edi librū fiscalem in quo describunt soluentes ad exceptionē probandā vel fundandam sicut debitores aliorum priuatorum.

1 **Allate dispēsatori.** †Lex ista cum sequētib⁹ vsq̄ ad.l.scripture tendit ad vnum tantum effectū vʒ q̄ nō noceat amissio instrumēti per aliū modum pōt quis probare in vno: tū nocet aliq̄n cum quis vult pbare cōtra aliud instm: qr grauatur in onere probādi vt requirantur quinq̄ testes nisi probet perditio instrumēti ꝛ etiam tenor. vt in.l.testium. in fi. s̄. tit. j. Sed qū non vult pbare contra aliud instm non nocet etiā in onere pbare perditionem instrumēti: nec tenorē eius. ꝛ ad hoc tendunt iste leges qū supersunt testes qui interfuerunt negocio: ꝛ sic deponunt de ve-
2 ritate: alias dic vt in.l.seq. ꝛ no. in ista.l.q̄ †debitores fiscales qui soluerūt possunt petere a fisco vel officialibus fisci vt eis cōficiant scripturā de soluto que dicit apocha sicut debitores
3 aliorum priuatorum. vt. j. eo. l. plures. Item † q̄ si nō hūt scripturā de soluto: qr nō fuit ꝓfecta nec pdita ꝛ molestent ad iterū soluendum pūt petere a fisco edi librū fiscalē in quo describunt soluētes ad exceptionē pbandā vel fundandā sicut debitores aliorum priuatorum: ʒ actor ad fundandā suā intentionē nō possit petere a reo propriū instrumentū ipsius rei. l. qui accusare. cum. ll. seq. ꝛ in. l. fi. s̄. de eden.

2 ☞ An sufficiat probare instm perditum per testes qui nō interfuerunt cōtractui: sed viderunt ꝛ legerūt instrumētum: ꝛ deponant de eius tenore.

3 Probatio perditionis instrumenti absq̄ probatione debiti prodest in duobus casibus: vt hic.

1 **Sicut iniquum.** †De perditiōe instrumenti non statur simpliciverbo hoc asserentis: sed hʒ necesse hoc probare. h.d. Et pone casum sic q̄ petebā a te centum: de quibus dicebam me habuisse instm publicum ꝛ in igne fuisse perditū ꝛ petebā te cōdēnari ꝛ credi simplici vbo meo tam de perditione q̄ de debito dicēs q̄ ad impossibile nemo tenetur: vñ cum non possim probare p instm debeo relevari ab onere pbandi ꝛ etiā q̄ ego sum talis q̄ nō dicerem mendaciū inspecta qualitate mea: certe si reus negat sicut nō esset iustū q̄ propter instrumēti perditionē perdat dictum debitū si possʒ aliter pbare ita nō est iustū q̄ de debito stet simpliciverbo meo etiā cum iuro: ꝛ etiam si velim pbare per ditionem instrumēti: sed debeo aliter debitū pbare p testes
2 qui interfuerūt cōtractui. †Sed an sufficiat probare p testes qui nō interfuerūt cōtractui: sed viderūt ꝛ legerunt instm ꝛ deponunt de ipsius tenore. gl. hic no. dicit q̄ non quantū ad plenā probationē: sicut nec credit instō facienti mentionē de instrumēto. vt in aut. si quis in aliquo. s̄. de edē. Sʒ bene creditur quantū ad probationē semiplenā vt sic possim supplere eam per iurm: que gl. semper allegatur: sed instm faciens mentionem de alio instō non facit etiam semiplenam probationem. vt in.d.aut. ratio diuersitatis est qr plus creditur testibus deponentibus cum iuro de tenore instrumēti q̄ videtur q̄ notario referenti sine iuro tenorem alicui⁹ instrumēti. ita intellige dictā gl. fm q̄ sentiunt doc. Item limita istā gl. nisi testes deponētes de tenore instrumēti sint periti literarū. in iure vt sic possint discernere defectus si qui fuissent in tenore: puta doctores legū vel canonū aut notarij qr tunc facerent plenā probationem. vt in.c.cū olim. extra de priuile. fm Bar. probato tū casu ꝛ perditione instrumēti saltē per iurm vt. j. eo. l. fi. alias esset sibi imputandū qr nō producit instm si habet ꝛ esset presum. ℈ cum q̄ malitiose hoc faceret. ita intelligas dictū Bar. q̄n autem instrumentū fuisset surreptum per aduersarium probato furto per testes de tenore staretur iuramēto creditoris. vt no. in. l. si de possessione. s̄. ti. ij. nec puto q̄ tunc furtū probaretur per iurm: qr sic essent duo specialia. ad hoc ergo vt stetur iuramēto de tenore ꝛ de veritate debiti oportet furtū probari aliter q̄ per iuramentum per. l. si
3 q̄n. j. vnde vi. ¶ †In glo. ibi: illud enim subaudi q̄ sufficiat probare perditionē instrumenti absq̄ probatione debiti prodest in duobus casibus vt sequitur in glo. s. cum fuit perditū facto aduersarij: qr tunc de debito statur iuro: ꝛ cum vult exonerari ab onere probandi per quinq̄ testes: qr vult probare contra aliud instm: nam si nunq̄ fuisset instm confectū volendo pbare solutionē debiti de quo ꝗstabat instm habēs duos testes necesse haberet pbare per quinq̄ sed si fuerit cō-

fectum

BIU Cujas

fectum ꝛ perditū hoc ꝓbato ſufficit ꝓbare per duos teſtes vt in.l.teſtiū.in fi.ſ.tit.j.extra iſtos caſus nō ꝓdeſt ꝓbare ꝓdi rio.inſtrumēti ergo nō ſufficeret ſi ſtarek ſimplici ỽbo credito ris cuius ℨrium innuit iſta litera dum dicit ꝙ nō eſt iuſtum ſibi credi.ergo ſi crederek ſufficeret.ꝓpter hoc gl.ſoluit qō bñ ſufficeret quo ad ſemiplenā ꝓbationē.vel dic ꝙ ter.habuit alium reſpectū.ſ.qō non eſt iuſtū ſtare ſimplici verbo credito ris.ſ.de perditione inſtrumenti ꝛ debito:ſed qō bz neceſſe de bitum ꝓbare.ꝛ hoc ſatis innuit litera in fi.dum dicit fidem precibus adeſſe.

1 **Statutum.** †Licet ſit perditum inſtrm manumiſſionis pōt tñ ꝓbari manumiſſio per teſtes.h.d.

2 ☞Quilibet preſumitur eſſe vel fuiſſe bonus niſi contrariū ꝓbetur.

3 An ſufficiat alicui eſſe in quaſi poſſeſſione priuilegioꝝ niſi ꝓbet ſi negatur ipſum habere.

4 Quid in eo qui negatur eſſe notarius.ꝛ nu.ſ.

5 Doctor ſi perdit priuilegiū doctoratus vel nunq̄ redemit a notario an ſufficiat ꝓbare doctoratum per teſtes ꝛ quid ſi geſſit ſe pro doctore per decennium.

1 **Solennibus.** †Premitte qō qñ milites remitteban tur a duce belli ex iuſta cā puta propter valitudi nem vel ſenectutem recipiebant literas teſtimonia les a duce:ꝛ tunc gaudebant priuilegiis veteranoꝝ:alias ſe cus:dicit ergo iſta lex quod licet quis perdat tales literas ſi poteſt aliter ꝓbare ſufficit:ſed gloſ.mirak qualiter tenetur
2 aliter ꝓbare.†nam quilibet preſumik eſſe bonus[a] vel fuiſſe
a niſi cōtrarium ꝓbetur.vt in.c.j.extra de ſcrutinio.dicit glo. hoc ideo qꝛ nō erat in quaſi poſſeſſione priuilegioꝝ ſi autem fuiſſet releuaretur ab onere ꝓbādi:ſicut ille qui eſt in quaſi poſſeſſione filiationis ꝛ fraternitatis releuatur ab onere pro bandi:vt no.per Ly.ſ.ti.ij.l.neq̄ natales.ꝛ.l.nō epi.¶Petrus dicit qō nō ſufficit eſſe in quaſi poſſeſſione priuilegiorum ſeu priuilegij quantū ad hoc vt quis releuetur ab onere ꝓbādi qꝛ priuilegia ſunt contra ius commune:ꝛ ſic cōtra illam poſ ſeſſionem vel quaſi facit ius cōmune:ergo nō ꝓdeſt ſicut vi demus in eo qui eſt in quaſi poſſeſſiōe ſeruitutis ꝑdialis vel ꝑſonalis:qꝛ ſiue agat ſiue ſe defendat cū habeat ius cōmune contra ſe:qꝛ omnis res preſumitur libera niſi cōtrarium pro betur:vt in.l.altins.ſ.de ſeruitu.ꝛ aqua.talis quaſi poſſeſſio nō releuat eum ab onere ꝓbandi:vt habetur per gloſ.in.l. ſicuti.ℌ.ſi queratur.ff.ſi ſer.vē.ꝛ plene per Bar.in.l.ſi prius. de ope.no.nun.ℌm hoc lz aliquis eſſet in quaſi poſſeſſione no tariatus ꝛ conficeret inſtrumēta tanq̄ notarius hoc non pro deſſet ſi negaretur notarius niſi aliter ꝓbaret notariatum: qꝛ hoc eſt quoddam priuilegiū contra ius commune quod a principe confertur vt eius ſcripture ꝛ ſic voci mortue credaſ. iuxta no.per Jnno.in.c.cum.¶D.tabellio.extra eo.titu.tamē Spe.videtur tenere ℨrium.de inſtr.edi.ℌ.inſtrumentū.alias incipit poſtremo in.j.col.verſi.ſed quid ſi tabellio.pro eo tñ qō dicit ¶Bet.videtur caſus in.c.cum perſone.de priuile.lib. vj.vbi qui allegat priuilegium debet ipm ꝓbare:nec ſuffi cit eſſe in quaſi poſſeſſione ipſius.ꝛ dicit ita fuiſſe terminatā
3 quandam qōnem eccleſiaſticā de quibuſdam canonicis.†bre uiter dic ꝙ aut quis vult vti priuilegio in preiudiciū alteri[b] ꝛ tunc nō prodeſt ſibi eſſe in quaſi poſſeſſione priuilegij:niſi ꝓbet ſi negatur ipm habere.ita loquitur.c.cū perſone.qꝛvo lebat vti priuilegio exemptionis cōtra ipſum cui erat ſubdi tus.ꝛ ita etiam loquitur qō dictum eſt de ſeruitute qñ quis vult ea vti in re aliena in preiudiciū dñi.Si vero vſus priui legij nō tendit in preiudiciū alicuius:ꝛ tunc vk ſufficere eſſe in quaſi poſſeſſione priuilegij quantū ad hoc vt nō debeat ex cludi ab vſu niſi ꝓbek ℨrium per gloſ.que eſt hic:ꝛ maxime
4 quando talis vſus tendit ad publicam vtilitatem.†Et ſic in queſtione de notario ad hoc vt inſtrumēta valeant ꝛ q̄ geſta ſunt qō tendit ad publicā vtilitatē.vt in.l.barbarius.de offi. pretо.ſufficit ſi allegetur notarius qō eſt in quaſi poſſeſſione notariatus ꝛ qō talis tenek ꝛ reputak oſtendere plura inſtru menta ab eo confecta.dicit Spec.qō non ſufficeret oſtendere duo ſed debent oſtendi q̄plura arbitrio iudicis.vbi idē no. eo.ti.ℌ.reſtat.in vlti.col.Si tñ peteret pronuntiari ſe notariū ad perpetuam memoriam nō ſufficeret ſibi iſta quaſi poſſeſ ſio ad hoc ꝓbandū:ſed aliter ꝓbare deberet.ita intelligo iſtam materiā ꝛ ſufficit.¶†Et per iſtā legē dicit Bal.ꝙ ſi do
b ctor perdidit priuilegiū doctorat[b] vel etiam nunq̄ redegit a notario pōt ꝓbare doctoratum per teſtes[b] qui interfuerūt. ꝛ ideo qñ aliquis doctorak in ſecreto vocank teſtes.Et in do ctore poſſunt dici ea que dicta ſunt ī notario ſi aliqs ſe geſſit pro doctore:ꝛ ita fuit tentus ꝛ reputatus:poſtea opponik qō nō eſt doctor ꝛ ꝙ gerēdo ſe pro doctore cōmiſit falſum.vt in.l. eos.in fi.de falſis.ſufficit ꝓbare ꝙ ita fuit tentus ꝛ reputat[b] longo tēpore:nec credo qō ſufficeret paruū tps:ſz ꝛ requirik ſaltem decenniū.arg.eius qō habeā.ſ.de peti.here.l.ſi filius. ꝛ.ff.de acqui.here.l.qui aliena.ℌ.j.in tribus legibus ſequen tibus nihil dicitur.

2 ☞Licet ſint perdita acta alicuius cauſe:an ſtabitur ſnīe cō tinenti tenorem actorum.ꝛ nu.ʒ.

3 Snīa ſi tranſiuit in rem iudicatam:tunc cēſenk omnia ſolen niter acta:ꝛ ſtatur illi ſententie.

1 **Emancipatione.** † Acta ꝓbari poſſunt ꝑ teſtes ſi interuenit ſcriptura ꝛ poſtea ꝑdita eſt.h.d.Du bium erat hic:qꝛ in actis que fiunt cora iudice tā ſuper his que ſunt volūtarie iuriſdictionis:vt eſt emācipatio adoptio ꝛ manumiſſio q̄ ſup his q̄ ſunt iuriſdictionis ꝛten tioſe de neceſſitate requirik ſcriptura:ꝛ ſicut ſubſtantia eorū dependet a ſcriptura:vt hic.ꝛ in.c.qñ cōtra falſam.ek de pb. ſicut ꝛ in multis alīs caſib[9] in quib[9] ſcriptura eſt de ſubſtā tia qui no.in Spe.eo ti.ℌ.poſtq̄.ꝛ per gl.in.c.j.extra de cenſi. ꝛ ſic videbak ꝙ perdita ſcriptura nō poſſent dicta acta ꝓbari per teſtes.leges aūt precedentes loquuntur qñ ſcriptura nō b erat de ſubſtantia a principio:ſed fuit adhibita ad probatio nem:vt in.l.cū res.ſ.ti.ij.ꝛ in.l.cōtrabitur.de pigno.ꝛ ſic mi noꝛ erat dubitatio:qꝛ ſicut nō nocebat ab ipſo principio ſcri pturam non cōfici:vt in duab[9] legibus precedentibus:ita nō deberet nocere ſi fuit adhibita ſeu ℨfecta ꝛ poſtea fuit ꝑdita c ſed hic a principio fuit neceſſaria:ergo perditio videk nocere. Tñ ne veritas pereat ℨrium ſtatuitur vt lz ſi non fuiſſet cōfe cta a principio hoc noceret nec poſſent ꝓbari per teſtes ſi tñ fuit confecta:ꝛ ſic nō eſt imputandū parti caſus perditionis non noceat dūmodo per teſtes ꝓbek qui interfuerint vel vi derint ſcripturam actoꝝ.circa qō vide Ly.j.de eman.lib.l.in emancipationibus.perditio tñ videtur ꝓbari per iuīm ſm Bar.per.l.ſi.j.eo.ibi in ter.ibi nō exiſtat nō ex eo qō non fue rit cōfecta ſcriptura:qꝛ nō ſufficerent teſtes:ſed qꝛ fuit ℨfecta perdita:vt in fi.ꝛ ſic tene primā opi.gloſ.reprobata ſecunda.

2 ¶†Et inducik iſta lex ꝑ Ly.ꝙ lz ſint ꝑdita acta alicui[9] cauſe ſtabitur tñ ſnīe continenti tenorē actoꝝ vt ſi dicat lite cōteſta. iuīo de calumnia ꝛc.ſed ꝛ in ℨrium facit illud.c.qñ cōtra fal ſam.extra de ꝓba.vbi habetur ꝙ de actis ꝛ tenore ipſoꝝ non ſtatur ỽbis iudicis:ſz iſta ỽba ꝓlata in ſnīa ſunt ỽba iudicis ℨ ergo ꝓduci ſcriptura actoꝝ ℨfecta manu notarij vl bonoꝝ viroꝝ.breuiter ſup hoc fuerunt diuerſe opi.doc.Ly.dicit hic ꝙ ſi de receti ſnīa lata eſt nō credik ei niſi oſtēdank acta:ſec[9] ſi de longinquo.Bar.in auk.ſi quis ī aliquo.de edē.ſ.ꝛ.l.i.ī.de rela.per illū text.dicit aut fuit lata parte ꝑſente ℨ quam lata eſt ꝛ nō ℨdicente ꝛ ſtatur verbis ſnīe:aut parte abſente:ꝛ tūc ſecus.certe ille text.parum ꝓbat opi.Bar.qꝛ ibi loquik qñ cōtradictio poterat actū impedire vt in ſcriptura relationis quā iudex volebat facere ad ſuperioꝛē q̄ legi ℨz partibus.vñ vna ꝑs pōt dicere iſta relatio nō bene ſtat:alio modo ꝛ ſi iuſte mouetur iſta cōtradictio impediet.nam iſta relatio bz inſtar pūcti ſeu caſus q formak pro babēdo cōſiliū.vñ debēt partes eſſe cōcordes in facto:ſed in caſu iſto talis contradictio nō bz impedire iudicē pferentē:qꝛ fit de iam geſtis.vñ ſi pars vult ℨdicere appellet vel ſi non pōt appellare dicat poſtea ſniam nullā nō video ergo qualiter poſſit cōtradicere ſimplici ỽbo.
3 †Spe.vero in ti.de inſtru.edi.ℌ reſtat.in vl.col.dicit aut[t] ſnia trāſiuit in rē iudicatā:ꝛ tūc cenſenk oīa ſolēniter acta ꝛ ſtatur c illi ſnīe[c] ſiue ſit de recenti ſiue de longinquo qō etiam videtur tenere Jnno.in.c.bone.de elec.Aut nō trāſiuit in rem iud.qꝛ fuit appellatū:ꝛ tūc bz locū.c.qñ ℨ falſam.alias aūt actis nō creditur niſi oſtendak ſcriptura notarij.ꝛ iſta vk melioꝛ ſnīa. Videk tñ in primo caſu ſubdiſtinguendū aut de actis fit mē tio in ſnīa.put cōiter fieri ſolet ꝛ habeat locū dictū Spec.aut nō fit mētio ꝛ habeat locū diſtinctio Ly.vt ſi ſit de lōginquo ſtetur ſnīe ꝛ ꝑſumank oīa fuiſſe ſolēnter acta.Illā lex dicit qō lata ſnīa iudex pōt acta circūducere ꝛ cācellare:vt in.l.acta.ff. de re iudi.ergo nō requirik exhibitio actoꝝ ad valorem ſnīe. Aut eſt de propinquo ꝛ tunc ſi pōt ꝓbari ꝙ interuenit ſcri ptura ꝛ fuit ꝑdita ſtabik ſnīe per hanc legē ſi nō pōt ꝓbari non ſtabik niſi oſtendank etiam circūducta vel cācellata.nam ꝛ illa faciunt fidem quantū ad valorem ſnīe ſicut inſtrm can cellatum ꝓbat debitū preciſe:vt.l.qui tabellaꝝ cum.l.qui ta bulas.ff.de fur.nec nocebit parti qō fuit preſens ꝛ nō ℨdicit: qꝛ ſciebat ius ſuū durare in iudicio nullitatis ſnīe.vt in.l.q nondum ſunt.ℌ.non videtur.ff.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.

¶Scripture ex iſta.l.fuit ſumptū.c.imputari.extra eodem.

a ¶Bon[9]. Adde l.ſi vero.ī.ℌ.j.ff.q ſatiſ.co.l.ſernos. ff.ō manu.teſt.re gula ſemel.de re. iu.li.vj.c.dens oī potēs.ij.q.j. limi ta dicta iura niſi agak de ꝑiudicio alteri[9] ſm Abb. in.c.cū ī iure. de offi.delega.

b ¶Per teſtes.ad de Jo.de ana.in rub. de magi.in ij.col.

c ¶Stak illi ſnīe. Adde ꝙ hoc idē tz Jnn.ꝛ Ro.in l.iiij.ℌ. cōdemna tum.ff.ō re iu.ꝛ Jmo.ī.c. cum in iure.de offi.dele. ꝛ ibi dicit hāc eſ ſe cōz opi.ꝛ boc idem tz Alex.de imo.in ℨſ.xxij.in ij.vol.Et in pro poſitovio ¶Pau. de ca.ī ℨſi.lxxvij. col.ij.ver.nō ob ſtat.in.j.parte cō ſiliorum nouorū vbi ꝙ ſi i ſnīa nō fit mētio ō actis lz ſit trāſacta in rem iudi.ꝛ ſit de antiquo lata nō preſumik ꝑ ipſa ſnīa.Et ſi ſit ō lō giquo lata ℨ ab ſentem lz ō actis in ea habeak mē tio nō tñ ꝑſumik pro ea.alle.Jnn. in.c.cū ī iure. de offi.deleg.ſ.alle. ꝛ ī.c. innotuit.de eo q fur.or.ſuſce. ꝛ not.ℌm eūdem ¶Pau.in.d.ℨſ.v. ꝛ co.ꝙ ad hoc vt preſumak ꝑ ſnīa abſq̄ eo qō acta ꝑducank regik ꝙ iſta oīa cōcur rātvz qō ſnīa fa ciat mentionē de actis.ꝛ lata ℨtra pītem ꝛ nō ℨdi centē vel ℨ abſen tem citatū ꝛ con tumacē:vl ſit ita antiqua ꝙ ſit dif ficile ꝛ quaſi im poſſibile reperi re acta.Frā.Cur

BIU Cujas

2 ¶ Producens vnã scripturã cõtinentem vnũ pro se ⁊ aliud contra repellitur si cõtinet contrarietatẽ. ⁊ quid si nõ cõtinet contrarietatẽ ⁊ qualiter dicaꝫ cõtrarietas ⁊ qñ stetur digniori. ⁊ nu. 3. 4. ⁊ 6.

Quid si protestatur qõd producit in parte ⁊ partibus facienti bus pro se tantum ⁊ non contra.

3 Quid in instrumento producto per partem aduersam cum non potuerit illud preuidere.

4 Si pduxi duo priuilegia imperatoris diuersa non tñ inter se cõtrariãtia: ⁊ in vno erat sigillũ magnũ in altero paruũ eiusdem characteris an videantur suspecta de falsitate.

5 Quid si producantur duo instrumẽta facta eadem die de vna ⁊ eadem re an neutrum valeat.

6 Scripture que vidẽtur adinuicem cõtrarie vel repugnantes: an ⁊ qualiter possint iuuari.

Faciens positionem ℔iam cum iuꝛo: qõ eoipso censeaꝫ periurus nisi talis contrarietas possit cum distinctione iuuari.

ctum ab vtraq̃ parte contendẽte.nam simpliciter depositum
fit ab vno tantum et hec fecit iste colonus quia non cõfidebat
de locatore cum penes se haberet instrumẽtum promissionis
⁊ vt facilius posset rehabere facta solutione.
2 ☞ Si deposuisti penes titium aliquam rem dicẽs in instru
mẽto quod illam rem habuisti a me in depositum.licet illud
instrumentum sit factum inter te ⁊ titium an tamẽ probet in
tentionem meam contra te.

1 **Desiderium.** ¶ † Actio depositi datur
contra depositarium non
contra eum in quem ipse depositarius rem depo
sitam transtulit.hoc dicit.cũ.l.sequẽti: videbatur
iste depositarius excusatus si forte iusta ratione motus:quia
forte habebat se absentare:depositum trãstulit in alium cum
pacto quod ille restitueret deponenti ex quo pacto acquiri-
tur deponẽti actio:vt in.l.pe.§.ad exhiben.et.l.si cum vẽde-
ret.ff.de pigno.acti.nam ipse non tenetur nisi de dolo et lata
culpa cum nunc non habeat penes se nec dolo desijt habere:
videbatur q̃ non teneretur:sed deberet deponens agere con-
tra illum in quem transtulit:sed contrarium est:quia eoipso
fuit in lata culpa quod in alium trãstulit nisi forte necessitas
ipsum cogeret. ¶ Jn ter.ibi instrumentũ quod hanc tibi red
didi ⁊c.dicit Bal.forte istum ter.alibi nõ reperiri qui ꝓbat
2 † quod si deposuisti penes titium aliquam rem dicendo in in
strumẽto quod illam rem habuisti a me in depositũ illud in-
strumentum licet sit factum inter te ⁊ titium probat tamẽ in
tentionem meam contra te et etiam si non possim aliter pro-
bare quod deposuerim sufficiat hoc instrumẽtum ad probã-
dum:Et videbatur cõtrarium:quia nec inter alios acta aliis
non prodest nec nocet:⁊ quia cõfessio tua facta me absente nõ
debet probare intentionem meam contra te.l.certum.§.si qs
absente.ff.de confes.sed hoc est verum nisi feceris eam contra
hendo cum alio et per publicum instrumentum quod perpe
tuo tenementi tamen reuera iste ter.non vult dicere econuer
so quod inducebas ad probandum intentionẽ tuã cõtra me
videlicet quod depositum nõ habebas penes te:sed in alium
transtuleras bona fide ⁊ de hoc apparebat instrumẽtum. no
ta tamen primum dictum in se propter autoritatem Bald.fa
cit.c.peruenit.de fideius.
2 ☞ Jnter successionem filij in potestate:⁊ mortem patris nõ
est dare medium.
3 Si hereditas patris est delata filijs in potestate ex testamen-
to vel abintestato an anteq̃ se immiscant possit dici hereditas
iacere.
4 Commendare idem est quod deponere.

1 **Cum hereditas.** ¶ † Ex cõtractu
serui hereditarij
acgritur actio hereditati iacenti ⁊ per eam postea
heredi.hoc dicit.casus. ¶ Jn ter.ibi personam do
mini defuncti quousq̃ adeaꝝ:sed postea representat psonam
2 heredis. ¶ † Jn ter.ibi priusq̃ patri vestro successistis;sed cõ-
tra:quia inter successionem filij in potestate ⁊ mortem patris
non est dare mediũ.vt.l.post mortem.de leg.j.de cõdi.l.iulia.
glos.dicit quod isti filij erant emancipati:⁊ sic nõ cõtineatur
dñium in istis:nec erant sui vel si erant in potestate erant in-
stituti sub conditione potestatiua qua pendẽte similiter non
erant heredes necessarij ⁊ sic hereditas dicebatur iacere.Si
autem erant instituti pure ⁊ erãt in potestate procederet con
3 trariũ nec posset dici hereditatẽ iacere. † Dicit Bal.no.sing.
hanc glo.per quam patet quod si hereditas patris delata est
filijs in potestate ex testamento vel abintestato etiã anteq̃ se
immiscant non põt dici hereditas iacere cum statim sint he
redes licet sine effectu quantum ad ea que cõcernunt eorum
preiudicium quia non possunt conueniri a creditoribus nisi
probetur immixtio.vt.§.si vt se ab here.absti.l.j.sunt tamen
heredes quo ad concernentia commodum:qz transmittunt
hereditatem tanq̃ ad quoscunq̃ heredes secundum commu
nem opi.⁊ ideo tali hereditati nõ debet dari curator tanq̃ he
reditati iacenti:⁊ si daretur non valeret datio tanq̃ erronea.

a ¶ Depositari?. Adde glo.insti. quib.mo.re con trabi.ob.i.§.pre terea. doct. in.c. j.de depos.

b ¶ Culpa lata.ad de qd sit lata cul pa.vide p abba. i.c.vnico.de com mo. Et qñ dpa lata eqparat do lo marie in delic tis:vide p abb. ℨ. iiij.inci. facti diligẽtia,talis ẽ i.j.vol. Et qd sit culpa leuissima. vide bart.i.l.qõ nerua.ff.depos. Lar. zaba. i.c.j.i r.q.õ cõmo.⁊ qñ culpa dicat gra uis seu leuis viõ p abb. in.c.fi.de bis qui fil.occi.

BIU Cujas

ar.in.l.seie.§.egresse.de tut.ꝛ cu.da.ab his.Breuiter nō puto hoc esse verū:qꝛ propter beneficium abstinendi quod habet filius in potestate ex edicto pretoris:redigit ad instar emancipati:vt.l.nā nec emācipatus.de leg.j.sed si esset delata emācipato diceres iacere:vt ptz in glos.ergo ꝛ nunc:ꝛ sic bene poterit dari curatoꝛ ꝛ valebit datio quicquid dicat Bal.huius
4 dictum est potiꝰ inutile q̄ vtile. ¶†In tex.ibi cōmēdata.no.
a quod idem est cōmendare quod deponere[a] secundum Bart. si ego dico commendo tibi hunc librum vel hanc rem videor deposuisse:ꝛ agam depositi.

a ¶Idem est commēdare qō deponere.Adde.l.lucius.ff.dꝓpositi.l. cōmendare.ff.de vbo.sig.c.ne gs. xxij.q.ij.ꝛ j.c.j.de depos.Jté ꝑ verbū cōmēdare accipit ꝑ laudare. vt j.l.ea q̄.ff.dꝓ cōtrahē.emp.c. nemo deinceps.de elec.li.vj.ꝑ Jnn in.c.dudum.el.j. de elec.

2 ☞Sententia lata in actione depositi super restitutione rei quod sit diffinitiua.
Instrumentum depositi habet executionem paratam.
Deponens condemnatus actione depositi cōtraria pro expēsis factis in re deposita an efficiatur infamis.

1 QUi depositum. ¶†Cōdemnatus in actione depositi directa:qꝛ non restituebat rem efficitur infamis. h.d.Et hoc qꝛ redarguit de fide rupta:qui enim deponit multum confidit de depositario:ꝛ depositarius recipiendo videtur dare fidem suam de restituēdo.vt.j.l.proxi. denegando ergo restituere perfidiam committit vt habetur
2 ibi.†Sunt ꝛ alij duo casus in quibus cōdemnatus efficitur infamis eadē ratione vt habetur in.l.j.de his qui no.infa.ꝛ sic in deponēte condemnato actione depositi cōtraria pro expensis factis in re deposita:qꝛ non condemnatur de fide rupta.Et per istam.l.patet quod sꝫa lata in actione depositi super restitutiōe rei est diffinitiua:alias nō infamaret.vt in l.quid ergo.§.ex compromisso.ff.de infa.ergo falsum videtur id quod dicit Bar.j.l.proxi.qō instrumentū depositi habet executionem paratam:qꝛ sic non esset necessaria diffinitiua. Certe potest esse quod de deposito non fuit confectum instrumentum ꝛ sic oportuit ꝓbari per testes ꝛ ferri diffinitiuam sed etiam si fuit confectum instrm potest esse quod nō fuit petita executio:sed fuit actū ordinario iudicio dato libello super hac actione:ꝛ sic per banc.l.nō reprobatur dictum Bar. ¶In tex.ibi suo nomine.Secus si nomine defuncti vnde nō fieret infamis:qꝛ non condemnaretur de fide rupta.nam de ipso non cōfidit deponens de deposito nec ipse dedit fidē sed defunctus.ꝛ idem in ꝓcuratore depositarij.vt.l.furti.§.qui altero.ff.de infa.
2 ☞Actio depositi an sit de iure communi summaria.
3 Instrumentum depositi an habeat executionem paratam.
4 Licet ex deposito nō transferatur dominiū nec possessio nec vsucapiendi condictio:dicitur tamen prebere titulum largo modo.
5 Depositarius propter impensas factas in re deposita pōt retinere eam quousqꝫ sibi refundantur.
Depositario si fuit facta protestatio quod nō restituat deponenti:an tamen debeat restituere nulla cautione recepta.

1 JS quis. ¶†Depositarius sine dilatione compellendus est ad restitutionē depositi nec potest obijcere compēsationem vel dicere in cōtrarium sibi factam protestationem.hoc dicit hec singularis.l.†Barto.qui dicit per eam quod actio depositi est de iure communi summaria quantū ad cognitionem ꝛ ordinem iudicij non quantum ad probationem vt colligitur in verbo illico ꝛ in verbo celerrime:ꝛ in verbo quantocitius.vt not.in.l.meminerint.j.vnde vi.Et sic vult Bart. quod non requiritur libellus nec litis cōtestatio quantū ad ordinem iudiciarium hoc est quantum ad terminos qui abbreuiantur nō quantū ad ordinem iudiciarium quominus requiratur libellus ꝛ litis contestatio sicut in actione ad exhibendum que est summaria ꝛ tamen illa requiruntur.vt.l. tigni.§.j.vel.ij.iuncta.l.iij.§.j.vel.ij.iuncta.l.ij.ff.ad exhibē.ꝛ hoc plus placet ꝛ hoc important illa vocabula que hic ponūtur nō tamen omissionem ordinis iudiciorum:sed abbreuiationem terminorum ꝛ etiam remissionem feriarum:vt etiam die feriato ob necessitates hominum possit agi sicut in alijs casibus requirentibus tolerat.vt.l.ij.ff.de feriis.Et aduerte quod ista procedunt quando depositarius negaret depositū vel confiteretur:sed negaret restitutionem opponendo exceptionem compensationis [b] vel alia si autem confiteretur et nullam exceptionem opponeret nō esset speciale in deposito qꝛ idem in quolibet alio debito confessato coram iudice.l.si debitor.ff.de iudi.cum ibi nota. ¶†Dicit etiam Bario.per banc.l.quod instrumentum depositi habet executionem paratam[c] ꝛ non est necessarius libellus nec sentētia diffinitiua. Bald.videtur tenere contrarium per.l.prece.sed non obst.vt supra dixi per illum text.qui dicit qō depositarius nō potest allegare cōtra deponentem quod res sit ipsius depositarij ꝛ quod propter hoc depositū non valeat nec teneatur restituere per tex.dum dicit personalis vel in rem:ꝛ sic non pōt obij cere exceptionem dominij sicut nec contra agentem condictione exceptionis.l.si quis cōducto.j.loc.vel cōtra petentem restitutionem illud videtur esse falsum ꝛ expresse cōtra tex.in.l. si rem.ff.eo.titu.qꝛ exceptio dominij pro quo excludit intentionem agētis vt dicat in re propria factum depositum cum in re propria non cadat depositum sic nec locatio vt ibi habetur.Breuiter si deponens non consensit vt exceptio dominij admittatur sed petit primo fieri restitutionem procedere potest quod primo dixit vt ante omnia fiēda sit restitutio:ꝛ ista exceptio reseruetur in ordinario iudicio per modū agendi si nō consensit vel tacet ꝛ depositarius fuit admissus ad ꝓbandum de proprio dominio ꝛ ꝓbauit ꝛ denegabit restitutioꝛ sic debet intelligi.l.qui rem.ad quod facit.c.j.de resti.spolia. vbi licet non admittatur exceptio dominij contra agentē de spoliatione si tamen fuit admissa:qꝛ agens nō probauit probato dominio denegatur restitutio ꝛ illo modo videt Bal.
4 istam.l.intelligere ꝛ quod supra dixi. ¶†No.in prin.in verbo titulum.quod licet ex deposito nō transferatur dominiū nec possessio nec vsucapiendi condictio dicitur tñ prebere titulum:sed hoc largo modo sumēdo ꝛ quantū ad excusandū quem a mala fide propter retētionem rei aliene qꝛ si fuit sibi deposita nō dicitur habere malam fidem stricte tamen ꝛ proprie loquēdo non dicitur titulus nisi quando ex eo transfertur dominium vel vsucapiendi condictio vt in toto titu.pro empto.ꝛ pro donato.ꝛ similibus ꝛ dicit pluraliter alijs modis titulus qō dic vt per Ly.in.l.cogi.de peti.her.Jtem dicit Bar.in fi.huius.l.probari qō de ptestatione facta alicui per quendam tertium statur iuramento ipsius.Bal.cōtra qꝛ dicit hoc tex.imo oportet quod ostēdat sciuisse sibi factam protestationem a tertio:vt patet dum dicit qō in scriptis ꝛc.sed bene statur eius iuramēto quod ipse nō commisit dolum nec fraudem in faciendo sibi fieri talem protestationē ꝛ sic est iuramentum purgationis de proprio debito.vt.ś.de vsu.l.eos
5 in fi.ꝛ hoc verius est q̄ quod dicit Bar. ¶†In glos.que incipit hoc ad vtrumqꝫ.tene opi.Pla.qō depositarius propter impensas factas in re deposita pōt retinere eam quousqꝫ sibi refundatur per.l.colonus.ff.de vi ꝛ vi arma.ꝛ quod not.eo. titu.l.si plures.§.fi.ꝛ per Azo.in summa. ¶Oppo.in glo.fi. contra fi.qō licet facta fuerit protestatio depositario qꝛ nō restituat deponēti nihilominus debet restituere etiā nulla cautione de defendendo ipsum ab illo denunciante:qꝛ potuit elusione fieri vt in.l.hec autē.in prin.ff.si cui plus q̄ p.l.falc. dic quod ibi fuerunt facte mine verbales non autem mota controuersia nec facta protestatio in forma ꝛ ille non debent attendi nec propter eas ne deponens grauaret onere satisdationis:sed post motam controuersiam vel protestationem facta in forma secus quod tamē hodie corrigitur per aut.hic positam que vult quod illa nō obstante teneatur libere restituere etiam nulla satisdatione recepta ꝛ implere fidē quam dedit ꝛ si protestans postea vult agere cōtra deponentē agat ¶Jtem ad idem opp.quod il a cautio nō sit prestanda siue tertius non habebat ius:quia nō poterit committi.vt in.ll. allegatis in gl.dicit quod licet reuera non haberet ius posset tamen obtinere de facto.vt.l.cum putarem.fa.ercis.ꝛ reputatur habuisse ius.l.res iudicata.de re iu.

2 ☞Habens iura directa qō interdum ex iusta causa admittatur ad protestandū alicui debitori nej soluat habēti vtilia vel econuerso habens vtilie ne soluatur habenti directa.

1 SEd iam ¶†Nota hic casum in quo quis non pōt alteri protestari qō non faciat illud ad quod faciendū alteri tenet que dicitur protestatio inhibitoria de qua vide plene per
2 Bar.in.l.in solu.§.in morte.ff.de ope.no.nū.†Aliquādo tñ admittitur cum ille qui habet iura directa protestatur ex alia qua iusta causa debitori ne soluat habēti vtilia.vt.ff.ad treb. l.heres cū debuerat vel ecōuerso cum habens vtilia protestatur ne soluatur habenti directa vt infra de noua.l.iij.ꝛ vide omnino qō not.Jnno.de offi.dele.sane.an possit talis protestans prohiberi facere talē protestationem vel inhibitionem et an possit cogi ad remittēdam eam officio iudicis:sic ergo corrigitur finis.l.precedentis per banc auten.que volebat qꝛ facta protestatiōe ꝑ tertium nō cogeretur depositarius restituere nisi recepta cautione a deponēte de defendendo ipsum aduersus illum tertium.Nam hodie nō tenet hāc actionem prestare:si tamen ille tertius esset domin[us] ꝛ ageret rei vendi.

b ¶Cōpēsatiōis. adde.d.Maria. so.in.c. primo.de mu. pe.ar.vj.fal. rj.ꝛ ibi qō tamē admittit recōuētio ō dposito ad depositū ꝫ vnuꝫ sit liqdū aliō nō alle.Bal.ꝛ sal.ꝛ in ꝓposito adde Tinda.i suo tracta.de cōpen.col. ij.ꝛ mod.in.§.in bone fidei.īstit.ō act. Lur.

c ¶Executionem paratā. Adde ꝛ intellige vt hic p Ang.Et adō q̄ etiā si ō depposito constaret p testes examinatos ad ꝑpetuā rei memoriā in casib[us] ꝓmissis tale depositū sic probatū haberet executionem paratam.ita mathe.i suo notabili quinto:qꝛ dcm refert ꝛ sequit.d. Sely.i.c.sicut.col. iij.de re.iu.ꝛ vid Aler.in.l.fi.C.de fidei.Lur.

BIU Cujas

contra deponentem haberet locum.l.bona fides.ff.eo.que nō
est correcta per hanc aut.
1 ☞ Diligentia vnius debet sibi prodesse non alteri.
1 SPeruacuam. †In his que pōdere numero vel mensura consistunt si vni ex heredibus deponētibus p hereditaria parte persoluitur residui periculū ad ceteros pertinebit.h.d.Bart.ꝛ est optimus casus.ecce casum.
2 ¶ †No.q diligentia vnius debet sibi prodesse nō alteri.facit l.iiij.in prin.ad.l.fal.ff.ꝛ loquitur ista.l.in his que pōdere vel numero vel mēsura cōsistūt in quibus fit diuisio numero vel pondere:nō autē in speciebus i quibus nō fit diuisio per numerū:sz p singula corpora.vnde si defunct⁹ deposuisset[a] duos equos:ꝛ depositarius vni ex heredibus restituisset vnū alter postea moreret teneretur alter cōmunicare cū herede:q quilibet ex heredibus in quolibet equo habebat partē pro indiuiso.ergo primus recepit rē que non erat sua ppria:sed communis cū suo coherede.¶ Sed q̄ritur hic quando depositū fuit ab vno factū ꝛ postea deuctū ad plures heredes ipsius: quid si fuit factū a duobus ꝛ postea vni eorū fuerit restituta pars ꝛ anteq̄ restitueretur altera pars alteri fuit pdita.¶ Respondeo ſm Bal.idem qđ hic nisi in casib⁹ qui habentur ꝛ no.in.l.pupillus.ff.que in frau.credi.ꝛ per glo.in.l.tutores.ff.de cōdi.in debi.In contrarijs que format glo.dic vt in ea.

¶ Mandati vel contra. Rubrica.

2 ☞ Videtur quis gessisse de mādato alicuius qđ ipso sciente ꝛ patiente gessit sed ipso ignorante habet locum actio neg.ge. non mandati:ꝛ si dño prohibēte: neutra istarum habet locū. Casus quo dominus locupletatur cum aliena iactura.
3 Qui gerit aliena negocia potest recipere pecuniā sub vsuris si expedit pro vtilitate dñi ꝛ dñs tenetur sibi pecuniam ꝛ vsuras solutas restituere.
4 Officium procuratoris an debeat esse gratuitum.
1 DVersus. †Pecuniam quam procurator expendit de suo in negocijs dñi i dubio recuperat de suo cū vsuris:sed salariū an possit ꝙsequi nō est sine dubio sed relinquitur in cognitiōe iudicis.h.d.
2 ¶ †In ter.ibi:gesta sunt.sz p te de mādato suo ꝛ sic fuisti procu.ad; negocia ꝛ videris gessisse de mādato si ipso sciēte ꝛ patiēte gessisti:vt.l.qui patit.ff.eo.ꝛ j.eo.l.sed si fideiussor:sed ipso ignorante non haberet locū actio mādati: sed negociorū gestorū:vt in toto titu.de nego.gest.sed si domino prohibēte neutra istarū locū haberet pro recuperanda estimata pecunia.l.si pōt.ff.eo.ꝛ sic est casus in quo dominus locupletabitur cū aliena pecunia:alꝫ iactura ꝛ imputet sibi gestor:vt.s.de neg.gest.l.fina.
3 ¶ †In text.ibi mutuo acceptā.dicit glo.cū vsuris.Et sic no.qđ qui gerit aliena negocia pōt recipere pecuniā sub vsuris si expedit p vtilitate dñi ꝛ dominꝰ tenet sibi pecuniā ꝛ vsuras solutas restituere ꝛ isto casu ꝛ de iure canonico petuntur:quia non vt lucrum:sed vt damnum
4 emergēs petunt.facit.c.peruenit. de vsuris.¶ †In ter.ibi:cognitio probabitur:sed in quo consistit illa cause cognitio glo. ppter hoc ponit vnam distinctionem per quam patet qđ aliquando non potest peti salariū promissum ꝛ hoc in duobus casibus.¶ Primus quādo fuit promissum incertū non expressa certa quātitate.puta bene prouidebo tibi de salario.Item q̄ certum tamen illicitum puta de quota parte litis.aliquando potest peti per actionē mandati informatam a pacto quādo ista cōcurrunt: scz ꝛ qđ promissa fuit certa quantitas.Itē pactum nudum incontinenti appositum iuxta mādatū.Itē quod procurator etiam sine salario fuisset gesturus:ꝛ sic est p prie cōtractus mandati qui debet esse gratuitus: licet incidēter interuenerit remuneratio.aliquando vero petit per actionem prescriptis verbis quādo ex interuallo interuenit pmissio:quia videtur esse cōtractus innominatus do vt facias aliquando per actionem ex locato quādo fuisset gesturus sine salario.ꝛ est tale opus ad quod ipse procurator ꝙsuevit operas suas locare:quia dicetur contractus locationis.ꝛ tamē habet in se admixtum mandatum:sed non oritur actio mandati: sz locati.si autem non consuevit locare operas ad hoc petet per actionem prescriptis verbis.ista sunt in effectu que voluit gl. quā Bal.dicit esse defectiuam quasi in singulis mēbris.vnde vide per cum.

1 ETiam ex causa. †Pecunia quam fideiussor soluit pro debitore potest tam per ipsum quam p heredē eius repeti per actionē mandati vna cum pignorib⁹.hoc dicit.Intellige:vt dixi in.l.prece.quādo de mādato debitoris fideiussit exp̄sso vel tacito:quia ipso sciēte ꝛ patiēte:vt.j.eo.l.si fideiussor.secus si prohibente:vt.d.l.si pro te.¶ In ter.ibi:q̄ scilicet actione mandati:sed mirandū est quia pignora petuntur per hypothecariam que est actio realis:sed actio mandati est personalis.glo.vt effugiat hoc contrarium legit istū text.ꝛ exemplificat multis modis ꝛ effectus glo.est quia iste ter.potest intelligi duobus modis:scilicet de reb⁹ patris tui fideiuſ soris obligatis creditori per patrem tuum de mādato debitoris principalis vel per ipsum debitorē de cōsensu patris tui. ꝛ primo casu clarū est qđ habet locum actio mandati.in secūdo habet locū actio cōmodati.Et dicit glos.qđ lite contestata super actione mandati ad pecuniam censetur etiam contesta. super actione mandati ad restitutionē pignorū p.l.fi.j.de annali excep.ꝛ ppter hoc ter.hic dicit qua.i.per quā.Scōo modo pōt intelligi de reb⁹ ipsius debitoris ꝛ hoc duob⁹ modis vel q̄ fuerint obligate creditori qui tenebit eas tibi restituere vel patri tuo cū ei soluisti ꝛ alias nō tenebaris soluere:vt.j.de fideiuſ.l.ij.vel q̄ fuerint obligate patri tuo pro fideiussione.ꝛ
b tūc daretur hypothecaria.ꝛ istud relatiuū[b] q̄:facit impropriā relationē sicut ibi mulier dānauit q̄ saluauit: vt no.s.de neg. gest.l.ij.tene quā vis.q̄ quelibet pōt sustineri ꝛ est vera in se.
2 ☞ Si aliquis cessit iura sua ex causa venditionis vel donationis an hoc nō obstāte possit re integra agere directa actione que apud eum remāsit nec potuit per cessionē ab eius ossibus separari.
3 Qualiter aliud sit cedere ꝛ aliud concedere.
1 SIpater. †Mandans alteri actiones potest hoc obstāte re integra experiri.hoc dicit.qui ergo facit procuratorem ad agendum nō tollit sibi potestatem agendi anteq̄ procura.litē contesta.postq̄ vero non sit effectus dominus litis nec possit reuocare sine causa:vt.l.post lit.ff.de procura.non poterit agere dominus: quia vel vult prosequi eandē litē ꝛ videt qđ nō possit cū ipse nō sit dñs eius sed procurator.Aut vult inchoare nouam litem ꝛ ob.excep.li.pendentie.vel dic q̄ potest prosequi eādem litem ratione vtilis.videtur q̄ habetur instā tia per.l.in cause.§.fina.de procur.non tamen per hoc reuocatur procura.qđ prosequere vt p Bart.in.d.l.post litem.ꝛ hoc
2 in procuratore simplici. †Quid in procuratore in rem suā si alicui cessit iura sua ex causa venditionis vel donationis an hoc non obstante possit re integra agere directa actione que apud eum si maneret nec potuit per cessionem ab eius ossibus separari:vt.l.quis ergo casus.ff.de peculio.videtur q̄ non quia talis procura.non potest reuocari per.l. illam.j.de dona.contrarium tamen est q̄ admittitur ad agēdum nisi in trib⁹ casibus qui habētur in.l.iij.j.de dona.ꝛ hoc quando directa actio remansit penes cedētem non omnino inutilis qđ est q̄n fit cessio interuiuos.secus si in vltima volūtate ex sena.consul.tre.nam postq̄ heres restituit fideicōmissario nullo modo potest agere etiā extra casus illi⁹.l.ij.ꝫ apud eū remāserint dicte actiones:vt.l.heres.insti.ad treb.q̄ remāserunt sine vtilitate ꝛ omnino inutiles:vt.l.qui in prin.eo.titu.ꝛ ideo pōt ei obijci exceptio tu nō potes agere tanq̄ heres:q̄ restituisti hereditatem. Nō sic quādo quis cessit inter viuos:quia nō potest sibi obijci hec exceptio tu cessisti alteri hāc actionē quam tentas.nam hoc nō pōt obijci nisi in tribus casibus qui habent in.d.l.iij. ꝛ sic non remāsit directa omnino sine vtilitate qđ tamē exigit tenetur restituere cessionario vel actione ex vendito si cessit ex causa vēditionis vel actione in factū si causa donationis.l.heredi.ff.de do.
3 ¶ †In ter.ibi:mandauit non dicit cessit ꝛ sic potius concessit:illud est antecedere ꝛ cōcedere: quia primo casu transferuntur vtiles quas cessionarius suo proprio nomine intentare potest.Scōo casu nulle transferuntur:sed solū exercitiū directarum ꝛ sic nomine mandātis agere debet.iuxta ea que habent in.l.qui stipendia.s.de procura.iūcta.l.fi.in prin. cū ibi no.j.de dona.ꝛ primo casu dicitur procurator in rē suā de quo querit glo.in fi.secūdo non.sed simplex procura.¶ In ter.ibi:actū est:q̄ forte pater tuus cū debitore trāsegit:ꝛ tu vo lebas infringere transactionem quasi nō potuerit eam facere postq̄ actionem mandauerat.Sed an pater filio in potestate potest actionem cedere. Bald.hic tangit ꝛ videtur casus in.l. filius.ff.de actio.ꝛ oblig.
2 ☞ Si procurator damnificauit dominū in.xx.sui culpa sed in alia manu meliorauit conditionē dñi in.x.an ista.x.debeāt detrahi de illis.xx.vt non possit dominus repetere nisi.x.

1 ETiam si. †Licet procurator pdat causam tamen sine sua culpa recuperat expensas quas fecit de suo in prosecutiōe litis a do
2 mino principali.h.d.ista.l.† Hoss.hic querit in fi.

a ¶ Defunct⁹ deposuisset.Adde Joā.an.ꝛ Barba.in.c.j. de deposito.

b ¶ Et istud relatiuū. Adde qđ iportat relatiuū q̄.vide Rapha.cu. cōsi.xcij.incistante dicto statuto:idem cōsil. clxxvj. incip.statuto papiensi cauetur.

BIU Cujas

si procurator dānificauit dñum sui culpa in.xx.sed alia manu meliorauit conditionem dñi in.x.an ista.x.debent detrahi de illis.xx.vt nō possit repetere nisi.x.⁊ tenet qđ nō:qz non debet ex eodem facto penā vel premiū reportare.vt in.l.quā alleg.glos.doct.tenent ꝓtium per.l.caius.ff.de vsuris.vbi dicunt casum esse notabilem.

2 ☞ Hereditas quare nō pōt adiri per procuratorem sed bonorum possessio sic.

1 SI maritus. †Negligens implere mādatum susceptū tenet ad interesse etiam lucri depditi.h.d. ¶ In tex.ibi noluit:⁊ sic lapso tpe eam perdidisti culpa ⁊ negligētia ꝓcuratoris tui. ¶ In tex.ibi si mandasset teyt peteres ⁊c. si autem non mandasti expresse innuit qđ nō potes agere ante emendationem huius damni:qz nec in generali mandato cadebat hoc vt eam peteret cum ex hoc venires obligandus. vnde speciali mandato vel generali cū libertate obligare nō potuit ergo non est sibi imputandum si talem bonorum possessionem non petiisset postꝙ non poterat petere cum effectu vt te obligaret.potuit tñ eam petere sine effectu vt te obligaret nō statim:sed demum postꝙ ratam habueris per rōnem quam ponit glos.qz etiā sine aliquo mandato petere poterat sed te non obligat nisi ratam habes:tñ non potest sibi imputari si non petijt postꝙ nō poterat cum effectu.hec est intētio

2 huius tex. ¶ †In gl.j.in fi.in.l.iij.§.acquirere.⁊ que sit ratio

a ¶ Hereditas nō pōt adiri p ꝓcuratorē.adō Bal. in rub.ex de ꝓcu.in.ix. col. ver. vtrū hereditas. diuersitatis qđ hereditas nō pōt adiri per procuratorē:[a]sed bonorum possessio sic bene potest peti ⁊ acquiri per procuratorem dic vt no.in.d.l.paulus per procuratorem.ff.de acquiredi. ¶ In glos.fi.in fi.ibi:multomagis certe illi qui dicūt requiri speciale mandatū loquuntur de petitione effectuali per quam dominus statim obligatur oneribꝰ hereditarijs. ⁊ ista est veritas qꝙ illi dicūt qđ nō possit peti sine speciali mādato vel generali cū libera. Nam generale sine libera nō importat vt possit dominum obligare sicut nec importat qꝙ possit alienare.illud autē quod dicit gl.qđ sufficiat generale mādatum:qz etiā sine illo mandato potest peti:proceditin petitione non effectuali per quam dñs non obligatur nisi postꝙ ratam habuerit.vnde gl.non bene loquitur.nā ⁊ illa que requirunt speciale mandatū si nō adfuit possunt rata haberi:

vt.l.patri ꝓ filio.ff.de mino.

1 SI fideiussor. †Qui patitur pro se fideiuberi mādare videtur. hoc dicit.

2 ☞ Accipiens pecuniā mutuo de mādato alterius qualiter obligetur mādāti:⁊ si mādans soluat an sibi sit fienda cessio contra accipientem.

1 SI literas. †Mutuans vni de mandato alterius habet vtrunqꝫ obligatum:scilicet primū tanꝙ principalem certi cōdictione ex mutuo:⁊ alterum tanꝙ accessorium: scilicet actione mandati:⁊ hoc qñ ille recepit suo nomine ⁊ per se:si autem pro mandato tunc aut mandatū fuit directū illi recipienti nō autē mutuāti:⁊ tūc tale mandatū parit vtilem institoriam.vt.s.de exerci.l.si mutuā.aut fuit directum ipsi mutuanti:⁊ tunc oritur certi condictio ex mutuo:qz ille recipiens videtur recepisse vt nuncius ⁊ sic cōtractus mutui videtur celebratus cum ipso mandatario:sed non cū nuncio tamen oritur actio mādati postꝙ potest oriri ex mutuo.vt.l. idemqꝫ.§.si cui.ff.co. ¶ In glos.prima ibi nō vt commendatum eum haberes.nam talis commēdatoria litera nō importat vt sibi mutuetur ⁊ si contra fieret nō obligaretur scribēs l.lucius.ff.de fideius. ¶ In glos.sequēti ibi:si non pōt satisfacere accipiens.glos.ista habuit respectum ad ius antiquum ꝑm quod nō potest agi contra fideiussorem vel mandatorem nisi excusso principali.vt in aut.de fideius.iurevero antiquo secus:quia poterat eligere creditor quem prius volebat.vt.j.

2 de fideiusso.l.iij. ¶ †In glos.ibi ⁊ debent cedi actiones huic mandanti contra accipientem.hec glos.innuit:quia ille accepit suo nomine ⁊ pro se nō tanꝙ procurator scribētis seu mādantis alias nō esset sibi fienda cessio ⁊ tñ infra innuit cōtrarium. ¶ In glos.ibi:⁊ sic loquitur.hec gl.hic sentit qđ iste recepit vt procurator:vt ptz.ſ.dum dicit vt pecuniam mutuet procurator quod non est verum.vt.ſ.dixi.qz recepit pro se et suo nomine. ¶ In glos.ibi:⁊ tunc tenet domino vtili institoria:scilicet quando recepit vt procurator videt hoc procedere cuicunqꝫ litere fuerint directe siue ꝓcuratori siue mutuanti: quicquid glos.dicat si recepit vt nūcius qꝙ qualiter cognoscatur:dic vt no.j.si quis alteri vel sibi.in.l.multum.⁊ tunc tene quod sequitur in glo.per rationem quam.ſ.dixi.ipse autem nuncius nō tenetur.dic vt.l.si pupilli.§.j.de neg.gest.⁊ ꝙ Ly.

§.quod cum eo.l.si qui.

1 SI tibi. †Ex mādato defuncti competit actio contra heredem.

CAm per procuratorem.

1 †Procurator ledens dominum sui culpa tenetur hac actione ad interesse.hoc dicit lex sequens.die prima augusti.zIDccccxxxix.⁊ die precedēti audiui qđ comes Franciscus erat castrametatus circa castrum Suauij.Pau. de castro.

2 ☞ Negociorum gestor qui se obligauit pro domino:an anteꝙ soluat possit agere vt liberetur.

3 Qui mandatum accepit de fideiubendo videtur accipere de soluendo.

1 SI pro ea. ¶ †Fideiussor antequā soluat non potest agere contra debitorem vt sibi soluat.in tribus tamen casibus qui hic ponuntur agere pōt subaudi nō vt sibi soluat:sed vt liberetur ab obligatione.hoc dicit vsqꝫ ad.§.fideiussorem. ⁊ an habeat locū in fideiussore qui se obligauit pro alio sine mandato expresso vel tacito.vide glos.in.l.iiij.ff.de neg.gest.

2 Item †quid i alio gestore negociorꝫ ꝙ fideiussore qui se obligauit pro domino an anteꝙ soluat possit agere vt liberetur ⁊ etiam extra casus qui ponunt in hac.l.vide bonam glos.in l.si quis mandato.eo.tit.de neg.gest.⁊ id quod dixi posse agi non vt sibi soluatur:sed vt liberetur probat in.l.si mandato. §.quoties.ff.eo. ¶ In tex.ibi:neqꝫ condemnatus.sub.nec lis erat contra te contest.alias videt qđ etiam tunc agere posses vt libereris vel conserueris indemnis per.l.si socius.ff.communi diui. ¶ In tex.ibi:postea cepisse idē si iam ceperat tempore fideiussionis:sed hoc ignorabas vel etiam sciebas tñ nō tantum dilapidauerat qđ in suspitionem verisimiliter veniret:sed suspitio venit post fideiussionem alias tene quod dicitur in glo.j.ꝑm Bal. ¶ In glos.que incipit nota nō posse ibi quartus est si diu stetit in obligatiōe sub.pura:sed si erat cōditionalis quousqꝫ pendet conditio nō dicitur stare in obligatione:⁊ ideo quantumcunqꝫ steterit non agit nec vt liberetur nec vt sibi soluatur per.l.facere.ff.sol.mat.pone exemplū in fideiussore euictiōis anteꝙ res euincatur:nunꝙ enim potest agere etiam vt liberetur ꝑm Ly.⁊ alios docto. ¶ In fin. glos.ibi:⁊ est ratio qz iam liberauit reum:sed fideiussor vel mandator nō liberauit reum nisi soluat vere vel ficte nam ⁊ ficta solutio sufficeret vt agere possent si ex ea adesset liberatio debitori.vt.ff.eod.l.inter causas.§.si is.allegata in princi. l.secus si non adesset liberatio.vt.l.si vero non remunerandi.

3 in prin.cum ibi no.ff.eodem. ¶ †In glos.sequē.ibi:item qui mandatum accepit de fideiubendo videt accipere de soluendo sub.⁊ sic anteꝙ soluat mandatum adhuc nō impleuit merito nō potest agere vt liberetur ab obligatione qua tenetur venditori.non enim debet soluere de suo.primum tñ dictum glos.qđ fideiussor videatur recipere mandatum de soluendo reprobat Bet.qz si hoc esset ⁊ propter hoc qđ non soluit creditor venderet pignus teneretur fideiussor debitori ad interesse quod tñ est falsum vt patet ex his que not.in.l.j.§.de dolo.iuncta.l.pri.⁊ §.eodem.l.si maritus.in quibus habetur qđ qui negligit mādatum susceptum tenetur mandati ad interesse.istud ergo qđ soluat venit in cōsequentiam fideiussionis non qđ susceperit mandatum expressum.ideo tene precedentem solu.glos.quia debitor ex fideiussione debet relenari ⁊ beneficio affici:non autē grauari sed hic grauaret ⁊ statim fideiussor agere posset anteꝙ solueret qz pro vno creditore debitor haberet duos.igitur ⁊c.argu.in.l.in commodato.§.si cut.ff.commodati.

2 ☞ Paupertas an excuset fideiussorem si nō appellauit vel appellationem non fuit prosecutus.

1 Fideiussorem. †Fideiussor [b] indebite condemnatus debet appellare commode si pōt alias nō censetur bona fide gessisse:ideo qđ soluit repetere nō potest.h.d. ¶ In tex.ibi exceptione munitum sub. descendente ex persona debitoris principalis vt qz sibi fuerat factum pactum de nō petendo qua exceptione fideiussor vti poterat ⁊ fuit vsus:sed non profuit:qz iudex ea non obstante indebite ipsum condemnauit.Si autem non descendebat ex persona debitoris principalis:sed ex persona ipsius fideiussoris si eam nō opponat an sit sibi imputandum distinguevt in gl.qz aut erat inhonesta ⁊ non est imputandum aut honesta ⁊ tūc aut poterat etiā reo ⁊ est imputandū:aut non pderat:⁊ tūc secus.l.idēqꝫ.§.generaliter.ff.co.⁊ hoc in exceptionibus peremptorijs.in dilatorijs vero iudicijs etiā si vtriqꝫ cōpetebat nō est imputandū si nō fuit vsus.vt.l.si fideiussor.

b ¶ Fideiussor.adde an fideius.possit appellare a sntia lata contra principalē vide glos.in.l. fi.C. de vsu.rei iu.

§.quedam.

BIU Cujas

2 §.quedam.ff.eo.vt in glo.ꝛ etiã ibi no. ℂ†Pro declaratione opp.contra ter.qõ nõ sit imputandũ fideiussori si non appellauit vel si appellationẽ non fuit prosecutus nisi paupertas ipsum excuset.vt in prin.glos.

1 PRocuratorem. †Procurator tenetur de male gestis ꝛ etiam de neglectis.h.t.sic.s. eodẽ.l.si maritus. ℂIn ter.ibi pro bis que gessit sub.ꝛ male. ℂIn ter.ibi suscepit sub.ꝛ nõ impleuit. ℂIn ter.ibi:quã culpam hoc intelligitur aliqñ de lata tantũ aliquãdo de leui aliquãdo etiam de leuissima:vt dicam.j.eo.l.a procuratore.

2 ☞Si procurator vendidit rem pro maiori pretio qꝫ haberet in mandatis:an videatur gessisse sine mandato.

1 CUm mandati. †Si procurator nõ seruauit formã mãdati qõ agit nõ nocet domino nisi ratum habeat. hoc dicit. †In ter.ibi:vẽdidit puta pro maiori

2 a pretio qꝫ habuit in mandatis:qꝛ forma mandati[a] diligenter est attendenda ꝛ seruãda:alias videt gestũ sine mandato.vt in.l.diligenter.ff.eo.ꝛ idem in mandato iurisdictionis si iudex delegatus non seruauit formam rescripti.vt in.c.cum dilecti.extra de rescrip.

2 ☞Si mandatur aliquid in quo quasi nulla industria vertitur:tunc non venit nisi lata culpa.
Quid si mandatur illud in quo vertit aliqualis industria non tamen exacta qõ veniat leuis culpa.
Quid si mãdatur illud in quo vertit exactissima diligentia.

1 AProcuratore. †Procurator tenet dolo ꝛ omni culpa hoc dicit.ꝛ sic etiam de leuissima:sed cõtra qꝛ mandatum fit gratia mandantis tantũ ꝛ nõ recipientis sicut depositum:vt patet in.l.ij.ff.eod. Illud enim est pro prie mandatum:ergo nõ debet venire nisi lata culpa sicut in depposito.vt.s.depositi.l.j.Solutio.hoc non contingit ex natura contractus:quia tunc procederet oppositio:sed procedit ex eo:qꝛ qui mandatum acceptat censetur se peritum asserere diligenter super eo qõ continet mandatum ꝛ ratione huius assertionis venit leuis ꝛ lata:sicut in illo qui recipit custodiã

2 rei.l.si quis domum.§.impera.ff.locati.vnde dicit Bar.†qõ interdum mandat aliquid in quo quasi nulla industria vertitur vt in mandato fideiussoris:ꝛ tunc nõ venit nisi lata culpa.vt in.l.si fideiussor.in prin.ff.eod. Interdum illud in quo vertitur aliqua industria non tamen exactavt ad gerendum negocia extraiudicialia ꝛ venit leuis culpa non leuissima.vt s.eo.l.procura.in verbo culpam:quod regulariter intelligitur de leui. Interdum illud in quo vertit exactissima diligẽtia:vt in mãdato procuratoris ad lites:ꝛ tunc venit etiam leuissima:quia videtur asseruisse se diligẽtissimum ꝛ ita intelligitur hec.l.ff.depositi.l.quod nerua.in.ir.q.ꝛ hoc in actiõe mandati directa:sed in ꝛtraria que datur procuratori dic vt in.l.si seruus..

1 SI secundum. †Quod vni traditur de mãdato alterius etiam illi traditum videt.hoc dicit.ibi vni⁹ ex vtriusqꝫ voluntatis sub.ꝛ nomine agebas cõtra ambos:vt tibi restituat pretium qõ soluisti illi cui nõ tradidisti dicebat se tibi nõ teneri:sed qõ ages cõtra illum cui tradidisti certe imo tenetur ꝛ potest conueniri postꝫ alteri tradidisti de voluntate sua:ꝛ sic etiam illi tradidisse videris.

2 ☞ ℳDandatum qñ finiatur vel non finiatur morte mandantis.

1 MAndatum. †Lex ista lꝫ sit brevis habet tamen materiã valde longam quam Ly.tractat hic:sed Bart.subtilius in.l.ij.ff.de dona.ego plenius tractaui in repe.l.fi.

2 ff.de solu. †Et pro aliquali noticia materie distingue tres casus:nam aut mandatũ ꝛ effectus mandati conferuntur post mortem mandantis vt de funere faciendo ꝛ tũc mandatũ nõ finitur morte mãdantis:imo tũc incipit habere robur.vt in.l.si vero nõ remunerandi.§.fin.ff.mandati. Aut mandatum confertur in vita ꝛ effectus eius post mortẽ:tunc distingue vt habetur in.l.cũ pater.§.meuio.de leg.ij.que distinctio alibi non ita bene reperitur. Aut vtrunqꝫ scilicet mandatũ ꝛ effectus mandati conferuntur in vita ꝛ sic:aut super eo qõ in vita mandati conferuntur in vita ꝛ sic:aut super eo qõ in vita geri non poterat ꝛ non debet.vt.l.at si quis.§.si cui.de religio.aut poterat geri in vita ꝛ tunc aut heredi mãdantis expedit qõ nõ finiatur morte ꝛ non finitur:vt.l.si defunctus.ff. de procu.in eo quod dicit nõ finiri si procurator sciuit. Aut expedit heredi qõ finiat:ꝛ tunc aut erat procurator in rem suam aut simpliciter.primo casu aut mãdans decedit cũ herede ꝛ non finitur morte.vt in.l.illã.j.de dona.aut sine herede ꝛ sic secus.vt.l.j.§.de actio.ꝛ oblig. Secundo casu qñ simplex aut erat vniuersalis seu generalis aut specialis. Primo casu qñ generalis si per mortem mutatur conditio procuratoris finitur mandatũ.vt in.l.eius q in prouinciã.ff.si cer.pe.si nõ mutatur cõditio secus.vt in.l.si quis mãcipii.§.si impubes.ff.de insti.Ly.tamen intelligit illũ.§.quando aliquid erat certum quo casu cum vnũ censeat mandatũ respectu omniũ q̃ veniebant sub vniuersitate censet quo ad oia res nõ esse integra.ꝛ sic etiã quantũ ad gerenda nõ est finitũ mandatũ qõ etiã vr sentire glos.hic in prin.sed doc.videt velle qõ etiã si nil esset ceptum qñ mãdatum est generale vel vniuersale nõ finiatur morte si cõditio mãdatarij nõ mutatur per illũ.§.Scõo casu qñ erat specialis tũc aut ꝓstitutus super eo qõ dñs habebat necesse facere ꝛ nõ finit.vt.l.fundi.§.itẽ si amicus.ff.de acquir.pos.ꝛ in.c.super gratia.de rescrip.lib.vj.ꝛ hoc in necessitate precisa.secus si causatiua.vt.l.si defunctus.de pcu.ꝛ hoc nisi ex forma contractus ius foret quesitũ procuratori.vt in.l.fin. ff.de solu.ꝛ hoc in reuocatione tacita que fit per mortẽ in expressa dic vt colligit in.l.si pecuniam.de cõdi.ob cau.ꝛ in.l.si quis prohibuerit.de publi.ꝛ.l.vtrũ.de ꝓsti.pecunia.reliqua dic vt in locis preallegatis.

a ℂForma mãdati.adde glo.in.c. porro.de priuile. Joã. and.in.c.fi. de restit.spol.l.si procurator.C. de procura.

2 ☞Si semel interfuit mea ꝛ hodie cessat interesse an cesset etiam actio competere que semel competijt.

1 AD comparãdas. †Procurator qui mãdatum non impleuit tenetur domino ad interesse.h.t. glos.que est hic intelligit quãdo hodie cũ agit interest si vero hodie non interest licet olim interfuerit agi non

2 põt.vt in.l.si procur.§.man.ff.eo. †ille articulus est valde subtilis cum querit an si semel interfuit mea:ꝛ hodie cessat interesse cessat etiã actio competere que semel cõpetijt vt plene per Lyn.hic ꝛ subtilius per Bar.in.l.qui autem.si quis cau.vbi dicit tres casus qõ aut peto interesse aut peto penã:qꝛ semel interfuit aut peto rẽ propter interesse.ꝛ de secũdo ꝛ tertio dic vt ibi per eũ:sed ꝛ primo in quo est ꝓpria materia:dic aut hodie non interest:licet semel interfuerit non tamen definit damnum de preterito:ꝛ tũc nõ cessat actio cõpetere. Puta mandaui tibi vt infra certum tempus faceres mihi domũ in loco nundinarum quam si fecisses fuissem lucratus multa non feci:ꝛ sic non fui lucratus hodie non interest amplius qõ fiat:ꝛ sic cessat interesse domum fieri non tñ cessat damnum lucri de preterito.ideo non desinit actio competere.vt.l.eum qui.§.qui iniuriarũ.eo.ti.sed si cessaret damnũ de ꝓterito haberet locũ ista gl.qꝛ ex quo cessat hodie interesse cessat etiam competere actio.vt in.l.si procuratorem.§.manda.ff.eo.

1 POst solutionem. †Qui mandat alteri mutuari si soluit mãdatario repetit ab eo cui mutuũ est factum pro quo videtur mandãdo interceſſisse.h.t. in effectu sicut ꝛ fideiussor postquã soluit repetit a debitore: vterqꝫ eñ videtur interceſſisse pro debitore cũ plures sint modi intercedenti.vt no.in.l.personam.ff.de pac.

1 PRetij. †Usure vltra licitũ modum nõ possunt deberi etiam si per stipulationẽ fuerint promisse vel pro eis datum fuerit pignus.

2 ☞Quid dicatur pactum de quota litis.

1 SI contra. †Ex pacto de quota litis nil potest procurator petere sed si tale pactũ non fuit bene potest petere expensas factas de suo.hoc dicit. Quid si fecit pactũ de quota litis ꝛ etiam expensas de suo certum est qõ ex primo nõ potest agere ad expensas.glos.fin.hic videtur tenere quod non. Alij dicunt contrarium glos.videtur verior per.l.si remunerandi.§.maurius paulus.ff.eod.vbi propter pactum de quota litis punitur procurator vt non possit petere quod soluit

2 pro domino. †Dicitur autem pactũ de quota litis siue paciscatur de dimidia siue de quota siue de certa quãtitate in cuẽtum victorie:quia per hoc inducitur ad calumnioſe litigandum.ꝛ hoc probatur dicto.§.maurius paulus.ꝛ in.l.sequen. nam vtrobiqꝫ est eadem ratio.post litem vero finitã bene potest paciſci de aliquo dando loco palmarij propter victoriam quam habuit.l.prima.§.honorarijs.cum.§.sequen.de varijs ꝛ extraor.cog.

2 ☞Qualiter intelligatur qõ quiſqꝫ in re sua est legitimus moderator

1 IN re manda. †Condẽnat⁹ in actiõe mãdati de fide rupta efficitur infamis:ꝛ licet culpa cõmiſſa in propijs rebus vel negocijs nõ puniat:qꝛ quilibet de re sua

BIU Cujas

est moderator ꝛ arbiter: commissa tñ in alienis negocijs bene punitur. hoc dicit: sed in propꝛijs etiam licet nõ puniatur vt hic. ꝛ. l. etiam. §. licet in do. ff. solu. mat. tamen culpanda est ꝛ reprehendenda. eo. tit. l. non constante. §. si maritus. ¶ Inter. ibi nã sue. respondit tacite oppositioni: posset enim quis dicere qõ procurator condemnatus de negligentia nõ debeat effici infamis. quid enim si erat talis qui etiã in propꝛijs rebus erat negligens de qua negligentia certum est ipsum nõ puniri: ergo nec ibi in alienis qꝛ non debet plus quis alium diligere ꝙ seipsum diligat: sed potius econuerso plus se quã alium. vt in. l. manifeste. §. de serui. ꝛ aqua. Ad hoc respõdit Imperator qõ argumentatio nõ est bona qõ in propꝛijs rebus: ideo quis nõ punit: qꝛ moderator est ꝛ arbiter ꝛ põt de eis facere quicquid vult nõ sic de alienis que nõ sunt in eius arbitrio quo ad male tractãdum: sed bene ꝛ ideo exacto officio debet ea gerere quia nil neglectum vel declinatum culpa

2 fatuum est. † ꝛ not. qꝛ semper ad hoc allegatur. facit. §. de indeis. l. nemo exterus. ꝛ quod dicit quisq; moderator ꝛc. intelige dummodo disponat legitime. alias secus. de test. l. testandi. in ter. ꝛ glos.

1 ☞ Differentia inter procuratorem simplicem ꝛ procuratorem in rem suam.

2 Pactum de quota litis an sit reprobatum in procuratore in rem suam: ꝛ quid si actio erat inutilis cedenti: vel cedens sit pauper. ꝛ nu. 4.

3 Cessio interdum impugnatur ex impotentia cedentis ꝛ aliquando ex potentia cessionarij: ꝛ interdum ratione iuris vel actionis cesse. ꝛ interdum impugnatur in fauorem illius contra quem ceditur.

4 Cessio que fit per creditorem debitori soluenti: vel que sit ad defensam non ad offensam: debet de necessitate fieri.

5 Cessio potest fieri in oĩbus causis in quibus est eadẽ vel simi lis ratio que est in casibus exceptuatis hic. remissiue.

6 Cessio presumitur simulata qñ inter cedentẽ ꝛ cessionarium agitur qõ totum emolumẽtum sit cedentis: ꝛ an etiam sit inualida quantum ad illum cõtra quem fit: an vero valeat tanquam mandatum simplex.

7 Paruitas pretij an faciat censeri cessionem simulatam. ꝛ numero. 8. ꝛ. 4.

8 Simulatio quod facilius presumatur ꝙ dolus.
Simulatio non est dolus.
Quod quis possit allegare simulationem quã fecit pro fundamento intentionis sue sed dolum ꝛ fraudem non.
Que dicatur paruitas pretij.

9 Cessio presumitur inualida quando deficit titulus: idest causa habilis ad trãslationem dominij vel quasi in rebus incorporalibus.
Sicut se habet traditio in rebus corporalibus: ita ꝛ cessio in rebus incorporalibus.

10 An titulus debeat precedere cessionem ꝛ non sequi.

11 Si in instrõ continet qõ cessi tibi actionem contra titium procentum: ꝛ non dixi titulo venditionis an valeat.
Cessio qñ fit ex causa donationis si dicat pro bene meritis ꝛ seruitijs: an sit necesse probare merita: ꝛ an requiratur insinuatio si excedit legitimam summam.

12 Cessio qñ fit per laicum clerico contra laicum an ꝛ quando presumatur simulata.

1 **Per diuersas.** ¶ Lex ista cum sequẽti que venit ad eius interpretationem sunt singulares ꝛ vulgares tñ intentio imperatoris radicitus videtur hic male declarata per glos. ꝛ doct. propter quod emanauerint ille leges. Et aduerte qꝛ alie leges huius tituli loquuntur de mãdato simplici quod mandatarius seu procurator exercet adutilitatem domini. leges iste loquunt de procuratore in rem suam qui exercet materiam ad suum cõmodum: ꝛ suam vtilitatem vt est cessionarius qui ex cessione habet vtilem actionem suo nomine ꝛ exercitiũ directe nomine domini iuxta no. in. l. qui stipendia. de procura. §. sed simplex procurator nõ habet exercitium directe. Item eius mandatum potest re integra reuocari exp̃esse vel tacite: sed mandatũ pcuratoris in rem suam secus: qꝛ nec morte finitur. vt. l. illam. j. de dona. nec reuocari potest. vt in. l. si quidem. §. de actio. ꝛ obli. Item quando per procuratorem simplicem agitur causa: cõfessio domini preiudicat. nõ sic quando per procuratorem in rem suam si agit ad suum commodum: sed ad eum pertinet periculum cause. iuxta not. in. l. facta. §. si heres. ad treb. ꝛ in. l. fi. §. de procu. per Ly. ideo Spe. postꝙ plenissime tractauit de procuratore simplici in tit. de procu. postea in. §. fin. tractat de procuratore in rem suam: idest de cessionario circa quam multa bona di-

cit. ꝛ etiam in titu. de cessione actionis: emanauerunt antẽ ex bis legibus sin rei veritatem: ꝛ hoc est radix ꝛ fundamẽtum

2 earum per glos. ꝛ doct. non tantum qꝛ per leges veteres † pactum de quota litis erat reprobatum in procuratore simplici ꝛ ex eo nil poterat procurator post victoriam petere vel exigere a dño pro quo sententia lata erat. vt. §. eo. l. si contra licitũ. propter hoc malicioſi carẽtes anima: ꝛ inherentes facultatibus alienis faciebant se fieri pcuratores in rem suam ꝛ cedi sibi actionem ad fraudandum leges veteres vt sic agitarent causam proprio nomine ꝛ tanꝙ domini ꝛ obtinerent sententiam in propꝛia persona ꝛ promittebant cedẽtibus qõ si contingeret eos obtinere victoriam darent ipsi cedenti certã partem litis seu victorie ꝛ residuum retinerẽt pro se vt sic ipsi nõ habeant ire post dominos a quib⁹ nil possent extorquere ratione pacti: sed potius econuerso domini irent post eos ꝛ peterent partem eis pollicitam ꝛ starent in fide ipsius procuratoris: ꝛ propter hoc contingebat qõ vexabant indebite ꝛ calumnioſe. Cum enim quidam haberent actiones dubitatas: ꝛ non auderent eas mouere dubitantes succũbere dicti pcuratores litigioſi offerebant se dicentes quod cederetur eis actio ꝛ possent litigium ducere suo nomine ꝛ ad suam cõmoditatem. ꝛ multi erant qui cedebãt tales actiones dubitatas ipsi cessionarij per calumnias obtinebant ꝓpter quod multe querele fuerunt exposite Imperatori anastasio qui condidit hanc. l. ꝛ statuit in effectu qõ tales cessiones qñ non apparet qõ aliqua iusta vel rationabili aut necessaria cã que induxerit cedẽtem ad cedendũ qõ talis cessio presumatur facta in fraudem. l. si ꝙtra. §. eo. ꝛ qõ inter eos tacite interuenerit conuentio qõ partem eius quod exigit dabit cedẽti ꝛ partẽ sibi retinebit vt voluit gl. super verbo voluerit: ideo reus cõuentus tali cessionario potest obj̃cere contra eum: ꝛ repetere per hanc. l. tanꝙ illa cessio sit inualida ꝛ facta ꝙtra prohibitionẽ huius. l. ꝛ de actiõe dubitata: ꝛ causa calũniandi reum ꝛ pro nimia auaritia cessionarij tanꝙ redemptoris litis ꝛ exprimatur titulus emptionis ad iustificãdum cessionem ꝛ detur minus pretiũ ꝙ sit in actione que cedit valeat vsq; ad illud pretium quod soluit in residuo nõ valeat tanꝙ sit simulata ꝛ loco pacti de quota litis facta. Si autẽ subsit aliqua iusta causa propter quã cesset suspitio ꝓdicta de calumnia vel redemptione litis valeat cessio. Et de hoc ponit quinq; exempla in ver. exceptis: ꝛ postea circa fi. vult idem esse in alijs casib⁹ rationem habentibus: scilicet eandem veluti fieret ex causa mere ꝛ pure donationis: qꝛ tunc cessat dicta suspitio cum omne emolumentum sit peruenturũ ad cessionarium: ꝛ sic cessat tacita coniectura qõ inter eos interuenit conuentio de diuidendo lucrũ inter se. ꝛ hoc vult illa. l. sed dicti pcuratores cauilloſi inuenerũt modum irritandi vtilẽ prouisionem huius. l. committentes fraudem triplici modo: qꝛ ista. l. primo approbat cessionem que fit ex causa venditionis vsq; ad quantitatẽ que soluitur pro pretio vt in versi. ita tñ in residuo improbat postea in. §. fi. approbat quãdo fit ex causa donationis: ideo ipsi faciebant fieri partem ex causa vẽditionis puta actionẽ competentem ad mille emebant pro quingẽtis ꝛ faciebãt qõ cedens residua quingẽta eis donabat vt sic tota mille possent petere: vel faciebant vt eis venderet pars pro quingẽtis ꝛ cuidam alteri quẽ sibi submittebant puta cõsanguineo vel vxori donabant alia quingenta: ꝛ aliquando faciebant fieri cessionem totam ex causa donationis apparentis: sed qꝛ cedentes volebant habere partẽ ꝛ sic nõ intendebant reuera donare totum ipsi clarius ꝛ occulte dabant sibi certam partẽ quãtitatis ꝛ recipiebãt instrumentũ donationis de tota quantitate. Istis calũnijs ꝛ fraudibus volẽs obuiare succeſſor Imperatoris Anastasij cõmendans prouisionẽ huius. l. statuit dictas cessiones nõ valere: nisi vsq; ad quantitatẽ vere solutã: quantum autẽ ad alteram partem que erat remãsura penes ipsum cessionarium loco pacti de quota litis nõ valeat et sic illa nõ possit peti ex causa donationis per ipsum cessionariũ sed nec per cedentẽ qui scripsit huic fraudi: ꝛ sic perditur illa pars ꝛ remanet penes debitorem non sic si fuisset facta cessio pro minore quantitate ꝙ sit in actione. nã licet id quod excedit nõ possit peti per cessionarium non tñ perditur: sed petitur p cedẽtem. vt in. l. per diuersas. que ponit duntarat cessionarium ꝛ in eius odium disponit ꝛ simulationẽ ꝓsumit. nõ autem in odium cedentis: nec ipsum punit licet cõsenserit in fraudando. l. si contra licitum. Sed quando consensit in fraudando sanctã ꝛ vtilẽ puisionẽ. l. p diuersas: qꝛ dupl̃r punit fraudãdo. l. ꝛ interꝓtationẽ. l. punit ipm in hoc qõ quatenus plus est in actione ꝙ in pretio qꝛ recipit illud perdatur ꝛ per neutrũ ipsoꝝ peti possit ꝛ qꝛ ista. l. ab Anastasio veniebat ad interpretationẽ. l. per diuersas: qꝛ talis censetur fuisse intẽtio

Imperatoris

BIU Cujas

